15107. — Ead. gratia in eccl. s. Georgii de Ganazeto, Mutinen. di., *Nicolao filio Francisci de Zopelario.* — I. e. m. abb. monast. s. Stephani Bononien., et priori s. Katherinæ Mutinen., per priorem soliti gub., monast., ac archipr. plebis de Ciliano, Mutinen. di. (*A.* 16, f. 299 b; *V.* 73, ep. 489.)

Ut s. T. X 1/2, XII 1/2.

15108. — Ead. gratia in eccl. de Vastino, Bituricen. di., *Petro Mortevillari,* obtentu prioris et capit. ejusd. eccl. ad quos pertinet dictorum canon. et præb. collatio. — I. e. m. de Salis Bituricen, et de Santergio, Bituricen. di., prioribus, ac decano eccl. Lemovicen. (*A.* 16, f. 303 a; *V.* 73, ep. 505.)

Datum *Avenione*.

16 feb. 1322. (xiv kal. mart.) **15109.** — *Præp. eccl. de Arzago, de Orfanengo ac de Spino, Cremonen. et Lauden. di., plebium archipr.is*, mand. ut conferant præposituram eccl. s. Sigismundi de Ripaalta de Ripa Aduæ, Cremonen. di., propter diutinam vacationem collationi S. A. devolutam Henrico Cazacapre, ejusd. eccl. can. præben. (*A.* 16, f. 379 b; *V.* 73, ep. 521.)

17 feb. 1322. (xiii kal. mart.) T. XII. **15110.** — Facul. habendi altare portatile *n. v. Joanni dicto Ruffo de Suliaco*, mil., d.no Malopplelli. (*A.* 16, f. 285 b; *V.* 73, ep. 479.)

Ut s. T. X, XII. **15111.** — Collat. archidiac. de Heretio, et canon. ac præb. eccl. Ispalen., per consecrat. Joannis archiep.i Toletan. vac., *Joanni Alphonsi de Saanedra*, qui majorem portionem ejusd. eccl. et scolastriam eccl. Corduben. dimitt. tenetur; canon. et præb. ejusd. Corduben., et iii præstimonia in di. Corduben. retineat. — I. e. m. archid. Modien., Conchen., et thesaur. Giennen., ac Berardo de Reate, can. Xanctonen. eccl. (*A.* 16, f. 365 a; *V.* 73, ep. 566.)

Ut s. T. XI, XIII. **15112.** — Gratia exsp. benef. ad collat. ep.i Leodien. pertin. in civit. vel di. Leodien. s. c., (100. l. t.), *Francisco filio Thomasucii de Saxoferrato*, s. Pauli Leodien., Spoletan. et s. Venantii de Fabriano, Cameracen. di., eccl. can. præben., ac plebano plebis de Cipeto, Nucerin. di. — I. e. m. decano s. Pauli, et Antonio de Buella, majoris Leodien., ac Martino de Yporegia, Atrebaten. eccl. can. (*A.* 16, f. 323 b; *V.* 73, ep. 621.)

Ut s. T. XX. **15113.** — Facul. *Arnaldo s. Eustachii diac. card.* concessa conferendi hac vice Raimundo Marini, cler. Caturcen. di., paroch. eccl. B. M. de Roffinhaco, Sarlaten. di., per resignat. Bernardi Fabri apud S. A. factam vacantem. (*A.* 16, f. 400 b; *V.* 73, ep. 647.)

18 feb. 1322. (xii kal. mart.) T. XII. **15114.** — Indult. non residendi ad triennium et interim fructus percipiendi *Raimundo Barreriæ*, rectori paroch. eccl. de Cabanillo, Tolosan. di. — (*A.* 16, f. 350 b; *V.* 73, ep. 507.)

19 feb. 1322. (xi kal. mart.) **15115.** — *Baruntus* archipr. eccl. Pistorien. fit ep.us ejusd. eccl. ad R. E. nullo medio pertin., ante obit. Hermanni a Papa reservatæ. — I. e. m. præp., capit. ac vassallis eccl. Pistorien.; clero et populo civit. et di. (*A.* 16, f. 380 a; fragm.; *V.* 73, ep. 526.)

21 feb. 1322. (ix kal. mart.) Gr. pro card. **15116.** — Collatio prioratus de Dampnapetra, Bituricen. di., pertin. ad monast. s. Sulpitii, O. S. B., Bituricen., per promotionem Petri ad abbatiam dicti monast. apud S. A. vac., *Rainaldo ep.o Ostien. et Velletren.*, cum dispens. a generali concilio super incompatibilitate plural. benef. — I. e. m. de Salis Bituricen. et de Santergio, Bituricen. di., prioribus, ac archid. Bruheriæ in eccl. Bituricen. (*A.* 16, f. 350 b; *V.* 73, ep. 508.)

Ut s. T. XIV, XVI. **15117.** — Translatio *Guiscardi de Guiscardo* e monast. Casædei, O. S. B., Claromonten. di., ad monast. Aureliacen., ejusd. ord., s. Flori di., cum collat. decanatus de Cayraco, Caturcen. di., ad dictum monast. Aureliacen. pertin. et per obit. Arnaldi Garnerii apud S. A. mediante reservatione vac.; non obst. prioratu de Caunis, dicti ord., Agennen. di. — I. e. m. ep.o Vasaten., et majori ac Montispensati archid.is eccl. Caturcen. (*A.* 16, f. 353 a; *V.* 73, ep. 515.)

Ut s. T. X, XII. **15118.** — Translatio *Guillelmi Comarci* prioris prioratus s. Georgii de Didonia, Cluniacen. ord., Xanctonen. di., e monast. Cluniacen. ad monast. Casædei, O. S. B., Claromonten. di., sub exsp. prioratus de Caunis, Agennen. di., ad dictum monast. Casædei pertin., et per acceptationem a præfato Guiscardo faciendam de decanatu de Cayraco, dicti ord., Caturcen. di., ipsis per Pontif. collato in brevi vacaturi; qui

Datum *Avenione.*

quidem Guillelmus retromemoratum prioratum s. Georgii dimitt. tenetur. — I. e. m. ep.o Lodoven., et majori, ac Montispensati eccl. Caturcen. archid. is. (*A.* 16, f. 357^{b}; *V.* 73, ep. 535.)

21 feb. 1322. (IX kal. mart.) T. XVI.

15119. — Dispens. super IV° affin. gradu in matrim. contrahendo inter n. v. *Goratium Piscicellum et n. m. Constantiam Galiotam*, viduam quond. Ligorii Guindatii, cives Neapolitan., obtentu Sanciæ reginæ Siciliæ. (*A.* 16, f. 359^{a}; *V.* 73, ep. 542.)

Ut s. T. XI, XIII.

15120. — *Albizo Nicholeti*, can. eccl. s. Stephani de Ugnano, Florentin. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Florentin., pertin. ad collat. ep.i. — I. e. m. abb. monast. s. Stephani Bononien., et priori s. Petri Scaradii Florentin., ac archipr. Bononien. eccl. (*A.* 17, f. 367^{a}; *V.* 73, ep. 1549.)

23 feb. 1322. (VII kal. mart.)

15121. — Gratia exsp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Pistorien., ad collat. ep.i pertin., *Rustichillo Joannis de Pistorio*, can. Pistorien., qui prioratum s. Petri de Sciano et clericatum s. Martini de Campo, Pistorien. di., eccl., dimitt. tenetur. — I. e. m. abb. monast. s. Martini in Campo, Pistorien. di., et thesaur. eccl. Florentin., ac plebano plebis de Montecuctuli, ejusd. di. (*A.* 16, f. 381^{b}, fragm.; *V.* 73, ep. 527.)

Ut s.

15122. — *Eid.* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Pistorien. — I. e. m. ut s. (*A.* 16, f. 381^{b}, fragm.; *V.* 73, ep. 528.)

Ut s. T. XI, XIII.

15123. — Collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Imolen. *Frederico Vannis, de Montelupone.* — I. e. m. ep.o Maceraten., et priori monast. B. M. de Salis Bituricen., ac Carbono de Montelupone, scolast. Ispalen. eccl. (*A.* 16, f. 382^{a}; *V.* 73, ep. 554.)

Ut s. T. XI, XIII.

15124. — Ead. gratia in eccl. Forolivien. *Petro Ricii de Capitegauri.* — I. e. m. S. M. foris portam Faventin., et s. Mercurialis Forolivien. monast. abb., ac Thomæ de Murco, priori B. M. de Salis Bituricen. (*A.* 16, f. 430^{a}; *V.* 73, ep. 708.)

Ut s. T. XI, XIII.

15125. — *Thomæ Saladini de Montesancto*, rectori eccl. s. Angeli de Montesancto, c. c. (8 flor. auri), collat. canon. sub exp. præb. eccl. Camerinen. — I. e. m. ep.o Maceraten., et Carbono scolast. Ispalen., ac Mercennario Bonaventuræ, can. Firman. eccl. (*A.* 17, f. 178^{b}; *V.* 73, ep. 1066.)

Ut s. T. XI, XIII.

15126. — *Trasmundo Nicolecti de Montesancto*, alias dicto Munno, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Firman. — I. e. m. ut s. (*A.* 17, f. 179^{a}; *V.* 73, ep. 1067.)

Ut s. T. X, XII.

15127. — *Filigno Olivarii* ead. gratia in eccl. s. Laurentii Florentin.; non obst. præpositura eccl. Fesulan. — I. e. m. s. Stephani ad Pontem et s. Romoli prioribus, ac archipr. eccl. Vulteran. (*A.* 17, f. 133^{b}; *V.* 73, ep. 1313.)

Ut s. T. XI, XIII.

15128. — *Aymerico Petri de Bononia*, can. eccl. Ceneten., ead. gratia in eccl. S. M. de Portumajori, Ravennaten. di.; non obst. quod in civit. et di. Ceneten benef. c. c. vel s. c. expectet. — I. e. m. ep.o Bononien., et Ambrosio de Lamayrola, Mediolanen., ac Raynerio de Liazariis, Ravennaten. can. eccl. (*A.* 17, f. 276^{a}; *V.* 73, ep. 1325.)

Ut s. T. XI, XIII.

15129. — *Francisco Nicolitti Cappucii, de Montelupone*, ead. gratia in eccl. Anconitan. — I. e. m. abb. monast. s. Petri de Monte Corono, Anconitan. di., et Thomæ de Murro priori B. M. de Salis Bituricen., ac plebano plebis de Montesancto, Firman. di. (*A.* 17, f. 352^{a}; *V.* 73, ep. 1500.)

Ut s. T. XI, XIII.

15130. — *Thedinutio Bartholutii de Montelupone* ead. gratia in eccl. s. Venantii Camerinen. — I. e. m. priori B. M. de Salis Bituricen., et scolastico eccl. Ispalen., ac plebano plebis de Montesancto, Firman. di. (*A.* 19, f. 272^{b}; *V.* 73, ep. 1545.)

25 feb. 1322. (V kal. mart.) T. XVI, XVIII.

15131. — Indult. *mag. Guillelmo de Balaeto*, archid. Forojulien., Campaniæ et Maritimæ rectori, ut tres cler. ipsius obsequiis insistentes fructus omnium benef. suorum ad triennium percipere valeant. — I. e. m. abb. monast. s. Severini Neapo-

Datum *Avenione.*

li[illegible]., et præp. Sistaricen., ac Guillelmo Al[illegible], can. Lemovicen. eccl. (A. 16, f. 358 ^{a}; *V.* 73, ep. 539.)

26 feb. 1322. (IV kal. mart.) Gr. de mandato.

15132. — *Jeronimus*, O. F. M., olim per Clementem PP. V absque titulo alicujus eccl. in ep.um consecratus et ad partes Tartarorum ad prædicandum destinatus, præficitur in ep.um eccl. s. Agnetis Caffen., nuper in cathedralem erectæ et a Cambalien. di. separatæ, cui fuit assignata diœcesis a villa de Varna in Bulgaria usque Saray inclusive in longitudine, et a mari Pontico usque ad terram Ruthenorum in latitudine. (*A.* 16, f. 348 ^{a}; *V.* 73, ep. 498; Raynaldi, *Annales ecclesiast.* ad annum 1322, § LV.)

Ut s. T. XII.

15133. — Indult. *Petro de Miravalle*, de Garnevilla et de Cayratio quarum una dependet ab altera, Tolosan. di., paroch. eccl. rectori, ut Amelii abb. monast. s. Saturnini Tolosan., O. S. A., insistens obsequiis in dicta eccl. ad residendum personaliter, usque ad triennium, minime teneatur, sed interim fructus percipiat. (*A.* 16, f. 302 ^{b}; *V.* 73, ep. 502.)

Ut s. T. L.

15134. — *Joanni ep.o Dolen.*, senio confracto ac cæcitate percusso, facul. eligendi sibi coadjutorem seu coadjutores, cum consilio ep.i Andegaven. et abb. monast. s. Vincentii Cenomanen., O. S. B., attento quod mag. Radulphus, archid. eccl. Dolen., ipsi coadjutor constitutus hujusmodi officio renunciavit. (*A.* 16, f. 360 ^{a}; *V.* 73, ep. 544.)

Ut s. T. VII^{XXIV}.

15135. — *Pontius*, archid. Ilerden., in diaconatus ord. constitutus, PP. cap., præficitur in ep.um eccl. Ilerden. per obit. Guillelmi apud S. A. mediante reservatione vacantis, cassata prius electione per capit. facta favore ejusd. Pontii post hujusmodi reservationem. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Ilerden.; clero et populo civit. et di.; archiep.o Terraconen.; Jacobo regi Aragonum. (*A.* 16, f. 366 ^{a}; *V.* 73, ep. 567.)

Ut s. T. XX.

15136. — *Ep.o Ravellen.* committitur causa appellationis a processibus habitis coram archiep.o Amalfitan., loci metropolitano, per quinquennium inter Petrum de Littera, asserentem se concorditer electum fuisse in ep.um Litteren. ex una, et capit. eccl. Graman., Litteren. di., cassationem hujusmodi electionum petens ex eo quod in ea vocatum non fuit, partibus ex altera, ita quod, si dictam electionem canonice et de pers. idonea celebratam esse invenerit, confirmet, eid. Petro consecrat. munus postmodum impensurus. (*A.* 16, f. 387 ^{a}; *V.* 73, ep. 589.)

27 feb. 1322. (III kal. mart.) T. X, XIII.

15137. — Collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Fulginaten. *Leopardo Napoleonis.* — I. e. m. abb. monast. Sassivivi, Fulginaten. di., et præp. Parmen., ac archid. Forojulien. eccl. (*A.* 16, f. 364 ^{b}; *V.* 73, ep. 565.)

Ut s. T. X, XII.

15138. — Collat. canon. eccl. Lugdunen., in qua licet sit certus can. numerus præb. tamen distinctio non habetur, *Joanni de Cadella.* — I. e. m. archiep.o Viennen., et abb. monast. Athenacen., Lugdunen. di., et decano eccl. s. Stephani Montisalban. (*A.* 16, f. 317 ^{b}; *V.* 73, ep. 590.)

Ut s. T. XI, XIII.

15139. — Gratia exsp. prioratus, vel personatus seu dign. consuetæ per mon. monast. Mansigarnerii, O. S. B., Tolosan. di., gub., ad abb. et conv. dicti monast. collat. pertin., *Arnaudo de Fresench*, ejusd. monast. mon. — I. e. m. abb. monast. Mansi Asilis, Riven. di., et Joanni de Vernhala, archid. de Carrione Palentin., ac Isarno de Vernhala, can. Appamiarum eccl. (*A.* 16, f. 320 ^{b}; *V.* 73, ep. 606.)

Ut s. T. XI, XIII.

15140. — *Berengario Rubei*, presb. Barchinonen. di., rectori hospitalis pauperum villæ Martorelli, dictæ di., fit gratia exsp. benef. sæcul. c. c. vel s. c., (100 l. t.) ad collat. ep.i Gerunden. pertin. in civit. vel di. Gerunden. — I. e. m. Fuxen. et de Balneolis monast. abb., Appamiarum et Gerunden. di., ac archid. Vicen. (*A.* 16, f. 394 ^{a}; *V.* 73, ep. 622.)

Datum *Avenione.*

28 feb. 1322.
(II kal. mart.)
Gr. de mandato.

15141. — Hortatoria *n. v. Abuscano, filio cl. me. Cotogani regis in partibus Tartariæ,* per Jeronimum ep.um Caphen. ad fidem orthodoxam redacto et sacri baptismatis fonte renato, ut subditos suos cognitioni veræ fidei et catholicæ Eccl. corpori aggregare studeat, cum indulg. xx dierum qualibet die qua confessus missam audierit vel ad eccl. causa orandi se contulerit. (*A.* 16, f. 347 b; *V.* 73, ep. 497; Raynaldi, *Annales ecclesiast.* ad annum 1322, § XLIV.)

1 (kal.) *mart. 1322.*
Gr. pro card.

15142. — Indulta eligendi sepulturam et testandi *Piloforti tit. s. Anastasiæ presb. card.* (*A.* 16, f. 349 a; *V.* 73, ep. 501 A et B.)

Ut s.
T. L.

15143. — *In Mulubrunnen, in Usserstal et in Clingenmunster monast. abb., Spiren. di.,* mand. ut publicent suspensum fuisse indultum per Bonifacium PP. VIII concessum fratribus et sororibus, ord. continentium de pœnitentia s. Francisci vulgariter nuncupatis, et per Alamaniam constitutis, ut ipsi a fratribus O. M. Eucharistiæ sacramentum recipere possent præterquam in festo Resurrectionis Dominicæ; sub cujus indulti prætextu nonnulli ex dictis fratribus minoribus per civit. Spiren. dictum Eucharistiæ sacramentum cum campanella et lumine publice deferebant. (*A.* 16, f. 360 b; *V.* 73, ep. 546; Eubel, *Bullarium Franciscanum,* t. V, p. 223, n. 463.)

Ut s.
T. XI. XIII.

15144. — Gratia exsp. dign., vel personatus seu off. c. c vel s. c., ad collat. ep.i Oscen. pertin. et canonico Oscen. eccl. assignari consueti, *Arnaldo de Forcada,* ejusd. eccl. can. præben.; cum dispens. a generali concilio super incompatibilitate plural. benef., si præfatæ dignitati cura non immineat animarum, si vero immineat paroch. eccl. de Castetarbe, Aquen. di., dimitt. tenetur. — I. e. m. abb. monast. Luccen., Oloren. di., et archid. Redden. Narbonen., ac Petro de Bellovidere, can. Aquen. eccl. (*A.* 16, f. 311 a; *V.* 73, ep. 558.)

Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

15145. — Gratia exsp. benef. ecclesiast. s. c. (100 l. t.) et per mon. eccl. Malleacen., O. S. B., gub. consueti, ad ep.i et capit. Malleacen. collat. pertin., *Gaufrido de Jauneyo,* ejusd. eccl. mon., defectu ætatis patienti (15 an.) et nondum dictum ord. expresse professo. — I. e. m. decano Turonen., et capicerio s. Martini de Chaynone, Turonen. di., ac mag. Andreæ Porcherii, can. Andegaven. eccl. (*A.* 16, f. 382 b; *V.* 73, ep. 559.)

Ut s.
T. XL.

15146. — *Ep.us Patavien., et Ratisponen. et Wissegraden. di. eccl. decani* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. Aulæ regiæ, Cisterc. ord., Pragen. di. (*A.* 16, f. 229 b; *V.* 73, ep. 570.)

Ut s.
T. XL.

15147. — *Patavien. et Ratisponen. ep.i, ac decanus eccl. Wissegraden., Pragen. di.,* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. Cedelicen., Cistercien. ord., Pragen. di. (*A.* 16, f. 229 b; *V.* 73, ep. 570.)

Ut s.
T. XL.

15148. — *Ep.us Viterbien., et prior monast. s. Martini de Senis, per priorem soliti gub., ac plebanus plebis de Turritta, Aretin. di.,* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. s. Salvatoris de Monteauriaco, Cisterc. ord., Clusin. di. (*A.* 16, f. 229 b; *V.* 73, ep. 570.)

Ut s.
T. XL.

15149. — *Ep.us Chyemen., et abb. monast. Alten., Patavien. di., ac decanus eccl. Salzeburgen.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. Raycenhaslac, Cisterc. ord., Salzburgen. di. (*A.* 16, f. 229 b; *V.* 73, ep. 570.)

Ut s.
T. XL.

15150. — *Florentin. et Massan. ep.i, ac prior s. Martini Senen.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. s. Glagani, Cisterc. ord., Vulteran. di. (*A.* 16, f. 230 a; *V.* 73, ep. 570.)

Ut s.
T. XXX.

15151. — *Jacobus,* abb. monast. de Capella, Præmonstraten. ord., Tolosan. di., fit abb. monast. Combælongæ, ejusd. ord., Conseranen. di., per obit. Joannis apud

Datum *Avenione.*

S. A. prævia reservat. vac. — I. e. m. priori et conv., vassallis dicti monast. Combælongæ; ep.o Conseranen.; Carolo R. F. (*A.* 16, f. 367 ^{b}; *V.* 73, ep. 594.)

1 (kal.) *mart. 1322.* T. XXIV. **15152.** — Decretum per quod gratia exsp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. (40 march. sterling.) ad abb. et conv. monast. s. Mariæ Eboracen., O. S. B., collat. pertin., in provincia Eboracen., consid. Eduardi regis Angliæ dudum facta a PP. *Ricardo de Ferebis*, cler. dicti regis, suum debet sortiri effectum, licet expressum in ea fuisset quod fructus cujusd. paroch. eccl. per ipsum dimittendæ 20 march. sterling annuatim non excederent, cum revera 40 march. sterling. secundum taxationem decimæ valorem annuum non excedant. (*A.* 16, f. 389 ^{b}; *V.* 73, ep. 602.)

Ut s. — Gr. **15153.** — Indult. percipiendi fructus omnium benef. suorum absque residentia ad quinquennium *Bernardo Stephani*, can. Xanctonen., PP. famil., quamdiu PP. institerit obsequiis aut in Romana curia moram traxerit, vel residerit in aliqua ecclesiarum in quibus beneficiatus existit. — I. e. m. ep.o Lodoven., et archid. Caturcen., ac Arnaldo de Petrilia, can. Turonen. eccl. (*A.* 16, f. 370 ^{a}; *V.* 73, ep. 603 A.)

Ut s. — Gr. **15154.** — *Raimundo Joannis, alias Lascoutz*, can. Regen., PP. famil., omnia ut s. (*A.* 16, f. 370 ^{b}; *V.* 73, ep. 603 B.)

Ut s. T. XL, XLII. * **15155.** — *Archiep.o Colocen.* Confirmatio quorumdam articulorum existentium in conventione habita inter archiep.um Colocen., ex una, et mag. ac fratres hospitalis s. Joannis Jerosolimitani, partibus ex altera, super juribus et bonis eccl. Colocen. in Rodi Insula constitutis, pro quibus ipsi assignantur octo millia bisantiorum de Rodo ascendentium ad 1231 florenorum auri. — I. e. m. patriarchæ Constantinopolitan., et archiep.o Creten., ac ep.o Nivellen. ut præfato archiep.o dictam summam faciant realiter assignari. (*A.* 16, f. 326 ^{a}; *V.* 73, ep. 634.)

Ut s. T. XI, XIII. **15156.** — Collat. archipresb. de Montepensato c. c., Caturcen. di., per assecutionem a mag. Petro de Meonaco factam de archipresb. de Tegratio, dictæ di., ipsi per Papam collato vac., *Arnaldo de Petrilia*, PP. famil., qui paroch. eccl. de Venthenaco, Appamiarum di., dimittere tenetur; non obst. quod in Turonen. et Vauren. eccl. can. præben. existat, ac quoddam benef. c. c. vel s. c., ad cujuscumque præterquam ep.i Ruthenen. collat. pertin., auct. apost. in civit. vel di. Ruthenen. exspectet; si benef. istud curatum fuerit, archipresb. de Montepensato dimisso, recipere valeat et habere. — I. e. m. archid. Caturcen., et Bernardo Stephani, Xanctonen., ac Raimundo de Columberio, Autisiodoren. can. eccl. (*A.* 16, f. 406 ^{b}; *V.* 73, ep. 697.)

Ut s. T. XVI. **15157.** — *Geraldo de Cardalhaco*, mon. monast. Conchen., O. S. B., Ruthenen. di., dispens. ut non obst. quod de ord. F. M. ad ord. S. B. se transtulerit, ad prioratum, off., dign. et administr. quæcumque moxdicti ord. valeat assumi. (*A.* 17, f. 36 ^{a}; *V.* 73, ep. 729.)

Ut s. T. XL. **15158.** — *Archiep.us Pisan., et Bononien. ac Novarien. ep.i* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. Vallisumbrosæ Fesulan. di., ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B. (*A.* 16, f. 207 ^{b}; *V.* 73, ep. 1474.)

Ut s. T. XL. **15159.** — *Iid.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. et ord. Vallisumbrosæ, ad R. E. nullo medio pertin., Fesulan. di. (*A.* 16, f. 208 ^{a}; *V.* 73, ep. 1475.)

2 (VI non.) *mart. 1322.* T. XXX. **15160.** — *Ep.o Magalonen.* mand. ut prævia monitione illos, qui confecerunt libellos famosos contra Berengarium abb. monast. Vallismagnæ, Cisterc. ord., Agathen. di., vel eosd. libellos affixerunt in diversis locis Montispessulani, Magalonen. di., inducat eid. abb. emendam exhibere infra XV dies; alioquin excommunicatos esse publice nunciet. (*A.* 16, f. 309 ^{b}; *V.* 73, ep. 553.)

Ut s. T. X ½, XII ½. **15161.** — *Bernardo Lanario*, jurisper., prov. canon. eccl. Papien. sub exsp. præb.; non obst. quod archipresb. plebis s. Georgii de villa Lauterii, et in s. Sixti Papien.

Datum *Avenione.*

ac S. M. de Villa Rege et s. Britii de Misano eccl. clericatus, quos dimitt. tenetur, obtineat, aut quod existat can. s. Michaelis de Punglano et s. Germani de Vicolardano plebium, Papien. et Terdonen. di., quorum omnium fructus annui 30 flor. auri, ut asserit, non excedunt. — I. e. m. s. Siri Januen., et s. Petri in Cæloaureo, ac s. Bartholomæi in Strata Papien. monast. abb. (*A*. 17, f. 58 ^{a}; *V*. 73, ep. 833.)

2 (VI non.) *mart. 1322.* — **15162**. — *Eid.* similis gratia in eccl. S. Mariæ in Pertica Papien.; reliqua ut s. (*A*. 17, f. 58 ^{b}; *V*. 73, ep. 834.)

3 (V non.) *mart. 1322.* T. XXVI. — **15163**. — *Præp. eccl. Magalonen.* mand. ut capiat illos qui famosos libellos de persona Berengarii abb. monast. Vallismagnæ, Cistercien. ord., Agathen. di., falsa continentes confecerunt, dictarunt vel portis affixerunt. (*A*. 16, f. 362 ^{a}; *V*. 73, ep. 552.)

Ut s. T. VI^{xxx}. — **15164**. — Promotio *Jacobi*, scolast. eccl. Tarbaten., ad episcopatum Osilien., vac. per obit. Hartungi et renunciationem ab eod. Jacobo in ejus locum el. sponte factam ap. S. A. — I. e. m. capit. eccl. Ossilien.; clero et populo civit. et di.; univ. vassallis dictæ eccl.; archiep.o Rigen. (*A*. 16, f. 314 ^{b}; *V*. 73, ep. 579; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 171, doc. CCLXII.)

5 (III non.) *mart. 1322.* T. III^{xxx}. — **15165**. — Promotio *Pauli*, can. eccl. Curonien., ad episcopatum Curonien. vac. per obit. Borchardi et renunciationem ab eod. Paulo in ejus locum el. sponte ap. S. A. factam. — I. e. m. capit. eccl. Curonien.; archiep.o Rigen. (*A*. 16, f. 316 ^{b}; *V*. 73, ep. 586; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 172, doc. CCLXIII.)

Ut s. T. IV^{xxx}. — **15166**. — Promotio *Rodulphi*, præp. eccl. Pomeranien., ord. hospitalis S. M. Theutonicorum Jerosolimitan., ad episcopatum ejusd. eccl., vac. per obit. Ludiconis et resignat. ab eod. Rodulpho in ipsius locum el. sponte ap. S. A. factam, licet dictam eccl. PP., antequam ipsi de hujusmodi electione constiterit, disposit. S. A. reservaverit. — I. e. m. capit. ejusd. eccl.; clero civit. et di.; archiep.o Rigen. (*A*. 16, f. 318 ^{a}; *V*. 73, ep. 592; Theiner, ut s., p. 174, doc. CCLXIV.)

Ut s. T. IV^{xxiv}. — **15167**. — *Mauritius*, præcentor eccl. Dumblanen., promovetur ad episcopat. ejusd. eccl. per obit. Nicolai et resignat. ejusd. Mauritii ac mag. Rogeri de Balnebrich, rectoris eccl. de Ferterrict, s. Andreæ di., per Dumblanen. capit. in discordia electorum vac. — I. e. m. decano et capit. Dumblanen., clero et populo civit. et di.; n. v. Malrsio comiti de Stratheren. (*A*. 17, f. 43 ^{b}; *V*. 73, ep. 762; Theiner, *Monumenta Hiberniæ et Scotiæ*, p. 216, doc. CCCCXLI et p. 217, doc. CCCCXLII.)

Ut s. T. II^{xx}. — **15168**. — *Philippus* mon. monast. S. M. de Alfiolo, O. S. B., Eugubin. di., promovetur ad *abbatiam monast. S. M. Rotundæ prope Ravennam*, ejusd. ord., per obit. Donati apud S. A. prævia reservat. vac.; cassatis prius duabus electionibus per conv. ipsius monast. S. M. factis et per Raynaldum archiep.um Ravennaten. confirmatis. — I. e. m. conv. monast. S. M. Rotundæ prædicto. (*A*. 17, f. 208 ^{a}; *V*. 73, ep. 1183.)

6 (II non.) *mart. 1322.* T. XI, XIII. — **15169**. — *Dominico filio Georgii Grilli* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. S. M. de Vineis Januen. — I. e. m. abb. monast. s. Siri Januen., et Maurino de Flisco ac Gregorio de Camilla, can. Januen. eccl. (*A*. 17, f. 292 ^{a}; *V*. 73, ep. 1357.)

Ut s. T. XI, XIII. — **15170**. — *Gottofredo filio Manfredi Grilli* ead. gratia in eccl. s. Donati Januen.; non obst. in Terdonen. archidiac., et in ead. ac in S. M. de Vineis eccl. canon. et præb. — I. e. m. ut s. (*A*. 17, f. 292 ^{b}; *V*. 73, ep. 1358.)

Ut s. T. XI, XIII. — **15171**. — *Rogerio nato n. v. Breradi de Trinziis*, Fulginaten. et S. M. in Campis, Fulginaten. di., eccl. can. præben., gratia exsp. benef. sæcul. c. c. vel s. c., (200 flor. auri), etiamsi dign. vel personatus existat, ad cujuscumque præterquam ep.i Fulginaten. collat. pertin., in civit. vel di. Fulginaten. — I. e. m. abb. monast. Saxivivi, Fulginaten. di., et priori s. Nicolai Tudertin., ac Paulo Philippi, can. Fulginaten. eccl. (*A*. 17, f. 365 ^{a}; *V*. 73, ep. 1539.)

Datum *Avenione.*

6 (II non.) *mart. 1322.* T. XI, XIII. **15172.** — *Trinziæ nato Berradi de Trinziis* gratia exsp. benef., ad cujuscumque præterquam ep.i Tudertin. collat. pertin., in civit. vel di. Tudertin.; non obst. in Fulginaten., S. M. de Villalna, S. M. de Felonicha, s. Feliciani de Butino, S. M. de Campis et s. Auxinini de Collecasura, Fulginaten. di., canon. et præb., et in Tudertin. eccl. canon. sub exsp. præb.; prioratum autem sæcul. eccl. s. Martini de Murro, c. c. Fulginaten. di., si benef. c. c., vel dign. aut personatum assequetur, dimittat. — I. e. m. ut s. (*A.* 17, f. 365 [b]; *V.* 73, ep. 1540.)

Ut s. T. XI, XIII. **15173.** — *Quirico Bertaudo de Ast* prov. canon. eccl. s. Salvatoris Trajecten. sub exsp. præb. — I. e. m. archiep.o Bremen., et abb. monast. s. Pauli Trajecten., ac cancellario eccl. Lingonen. (*A.* 17, f. 369 [a]; *V.* 73, ep. 1554.)

Ut s. T. XII, XIV. **15174.** — *Joanni Ragio* ead. gratia in eccl. de Montefalconis, Remen. di.; non obst. quod canon. et præb. eccl. s. Petri de Bosco, Terdonen. di., obtineat; cum autem præposituram eccl. S. M. Magdalenæ Januen., c. c., assecutus fuerit, archipresb. s. Felicis de Fregarolio, dictæ di., dimittat, et gratia benef. c. c. vel s. c., etiamsi dign. vel personatus existeret, ad ep.i Lucan. collat. pertin., destitutus remaneat. — I. e. m. ep.o Brixien., et abb. monast. s. Vitoni Virdunen., et cancellario eccl. Lingonen. (*A.* 17, f. 369 [b]; *V.* 73, ep. 1555.)

Ut s. T. XI, XIII. **15175.** — *Blasino nato Simonis Ragii* ead. gratia in eccl. Alexandrin., Aquen. di. — I. e. m. Brixien. et Terdonen. ep.is, ac Joanni Bertrando, can. Treveren. eccl. (*A.* 17, f. 371 [a]; *V.* 73, ep. 1564.)

Ut s. T. XXIV. **15176.** — *Bertrando s. Marcelli presb. card.*, A. S. legato, mand. ut Benedicto de Provanis de Carignacio, mon. monast. s. Benigni Fructuarien., O. S. B., Yporien. di., reservet benef. c. c. vel s. c. (100 l. t.), consuetum per mon. ipsius monast. gub., etiamsi priorat., præpositura, dign., off., seu administr. existat, pertin. ad disposit. abb. et conv. ejusd. monast.; præposituram autem s. Andreæ de Racumxio, præfati ord., Taurinen. di., consuetam per mon. præfati monast. gub., id. Benedictus dimitt. tenetur. (*A.* 17, f. 372 [b]).

7 (non.) *mart. 1322.* T. XI, XIII. **15177.** — Collat. canon. sub exsp. præb. integræ, non sacerdotalis, eccl. Senonen. *Bernardo Ducis de Bellucco.* — I. e. m. abb. monast. s. Columbæ Senonen., et priori de Sorciniaco, Senonen. di., ac mag. Arnaldo Regis, can. Melden. eccl., PP. cap. (*A.* 16, f. 357 [a]; *V.* 73, ep. 534.)

Ut s. T. XI, XIII. **15178.** — Collat. canon. sub exsp. præb. eccl. B. M. de Portu, Claromonten. di., *Bonito Galterii*, quædam benef. (20 l. t.) oblinenti. — I. e. m. priori de Caritate, ac Guillelmo de Cornonio, decano eccl. de Enaziaco, Autisiodoren. et Claromonten. di., ac mag. Arnaldo Regis, can. Melden., PP. cap. (*A.* 16, f. 307 [b]; *V.* 73, ep. 536.)

Ut s. T. XI, XIII. **15179.** — Ead. gratia in eccl. s. Martini de Leriaco, Bituricen. di., *Gaufrido de Mena*, quoddam benef. (20 l. t.) obtinenti. — I. e. m. de Caritate, et de Boniaco prioribus, Autisiodoren. di., ac mag. Arnaldo jamdicto. (*A.* 16, f. 308 [a]; *V.* 73, ep. 537.)

Ut s. T. XI, XIII. **15180.** — Ead. gratia in eccl. B. M. Magdalenæ de Aquasparsa, Æduen. di., *Guidoni de Aquasparsa*, rectori eccl. de Argenneriis, Nivernen. di. — I. e. m. ac priori de Caritate, Autisiodoren. di., ac mag. Arnaldo prædicto, ac Joanni Ducis, can. Nivernen. (*A.* 16, f. 308 [a]; *V.* 73, ep. 538.)

Ut s. T. XII. **15181.** — Testimoniales consecrat. *Barunto ep.o Pistorien.*, per Raynaldum ep.um Ostien. impensæ, cum licentia recedendi de curia. (*A.* 16, f. 361 [a]; *V.* 73, ep. 547.)

Ut s. T. L. **15182.** — *Ep.o Ariminen., et abb. monast. S. M. foris portam Faventin., ac Rainaldo de Polenta, archid. Ravennaten.*, mand. ut mittant in possessionem monast. s. Apollinaris de Classa, Camaldulensis ord., Ravennaten. di., apud S. A. mediante reservat. vac., Joannem tunc monast. s. Crucis de Triputzo, O. S. B., Camerinen. di., nunc

Datum *Avenione.*

ipsius monast. abb., per Pontificem provisum, amoto exinde Raynerio, priore s. Damiani Bononien., ejusd. Camaldulensis ord., per conv. præfati monast. in abb. electo, et per priorem eremi Camaldulensis, Aretin. di., confirmato. (*A*. 17, f. 142 [a]; *V*. 73, ep. 908.)

7 (non.) *mart. 1322.* T. XI, XIII.

15183. — *Joanni de Moreto*, eccl. Castren., O. S. B., mon., Petri tit. s. Susannæ presb. card. cap., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. etiamsi prioratus, administr. vel off. existat, (50 l. t.) et per mon. dictæ eccl. gub. soliti. — I. e. m. ep.o Albien., et præp. s. Salvii Albien., ac Audoyno Alberti, can. Æduen. eccl. (*A*. 17, f. 259 [b]; *V*. 73, ep. 1238.)

Ut s. T. XI, XIII.

15184. — *Petro Durandi*, mon. monast. Cambonen., O. S. B., Lemovicen. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., etiamsi prioratus vel administr. existat, (100 l. t.), ad præp. dicti monast. collat. pertin., consid. Petri tit. s. Susannæ presb. card. — I. e. m. Stirpen. et de Ageduno monast. abb., ac decano capellæ de Taliafer, Lemovicen. di. (*A*. 17, f. 287 [b]; *V*. 73, ep. 1348.)

10 (VI id.) *mart. 1322.* T. X, XII.

15185. — Collat. canon. et præb. eccl. Aduren., per consecrat. Rogerii ep.i Vauren. vac., *Annestantio de Tojosa*; non obst. in Vasaten. et Noviomen. sub præb., et in ead. Noviomen. sub dign. exsp. canonicatibus, necnon paroch. eccl. de Montesecuro, Vasaten. di. — I. e. m. decano, et scolast. Engolismen., ac mag. Bernardo Begonis, can. Albien. eccl. (*A*. 16, f. 358 [b]; *V*. 73, ep. 540.)

Ut s. T. XX.

15186. — *Gerunden., Riven. et Mirapiscen. ep.is* mand. ut revocent alienationes factas de bonis monast. de Aspirano, O. S. A., Elnen. di., a prioribus qui fuerunt pro tempore, instantibus Bernardo de Monteclaro, priore dicti monast., ac conv. ipsius. (*A*. 16, f. 384 [a]; *V*. 73, ep. 572.)

13 (III id.) *mart. 1322.* T. X, XII.

15187. — *Seguino de Berbetano* conf. prioratus sæcul. eccl. de Manso, Condomien. di., per matrim. ab Amanevo de Pellagrua contractum cum Contoria, filia n. v. Assini de Galardo, apud S. A. prævia reservat. vac.; non obst. quod in eccl. Agennen. canon. et præb., et paroch. eccl. de Varanhano, ac decimas de Cantorio, s. Papuli et Agennen. di., ipsi in benef. assignatas obtineat, et ab eccl. s. Caprasii Agennen. pensionem 50 l. t. percipiat annuatim. — I. e. m. Guillelmo de Rivoforcato, Toletan., et Bertrando de Turre ac Guillelmo de Prato, Agennen. can. eccl. (*A*. 16, f. 362 [b]; *V*. 73, ep. 560.)

Ut s.

15188. — Collat. canon. et præb. eccl. Elnen., ac duarum capellaniarum seu præstimoniorum in di. Elnen., per consecrat. Berengarii ep.i Elnen. vac., *Hugoni de Montearnaldo*, camerario Bertrandi S. M. in Aquiro diac. card., supplic., et rectori paroch. eccl. s. Genesii de Stagno, Ruthenen. di. — I. e. m. priori de Aspirano, Elnen. di., et decano Engolismen., ac thesaur. Albien. eccl. (*A*. 16, f. 367 [a]; *V*. 73, ep. 571.)

Ut s. Gr. pro card.

15189. — Gratia exsp. præb. eccl. Eboracen., per promotionem Rogerii de Noemburg ad episcopatum eccl. Conventren. et Lichefelden. in brevi vacaturæ, *Petro tit. s. Pudentianæ presb. card.*; cum revocatione alterius gratiæ exsp. ipsi nuper concessæ quoad præb. ejusd. eccl., et dispens. super plural. benef. — I. e. m. archiep.o Cantuarien., et ep.o Wintonien., ac abb. monast. B. M. Eboracen. (*A*. 16, f. 384 [a]; *V*. 73, ep. 573.)

Ut s. T. XI, XIII.

15190. — Gratia exsp. benef. sæcul. c. c. vel s. c., etiamsi dign., vel personatus seu off. existat (100 l. t.), *Heliæ Roberti de Marsenes*, cler. Petragoricen. di., pertin. ad collat. ep.i Petragoricen. in civit. vel di. Petragoricen. — I. e. m. abb. monast. B. M. de Cancellata, Petragoricen. di., et decano Engolismen., ac archid. de Dupla Petragoricen. eccl. (*A*. 16, f. 435 [b]; *V*. 73, ep. 636.)

Datum *Avenione.*

13 (III id.) *mart. 1322.* T. XI, XIII.

15191. — Gratia exsp. benef. sæcul. c. c. vel s. c. (80 l. t.) *Hugoni Hugonis*, cler. Petragoricen. di., pertin. ad collat. ep.i Engolismen. in civit. vel di. Engolismen. — I. e. m. abb. monast. de Corona, Engolismen. di., et decano, ac cant. eccl. Engolismen. (*A.* 16, f. 435 [a]; *V.* 73, ep. 637.)

Ut s. T. XI, XIII.

15192. — Gratia exsp. benef. sæcul. c. c., pertin. ad collat. ep.i et capit. Ilerden., in civit. vel di., (100 l. t.), *Raimundo Guillelmi de Fabrica*, can. Ilerden. eccl. sub exsp. præb. — I. e. m. abb. monast. de Silvalata, Lascurren. di., et sacristæ ac Arnaldo de Forcada, can. Oscen. eccl. (*A.* 16, f. 433 [b]; *V.* 73, ep. 734.)

Ut s. T. XX.

15193. — Indult. *n. m. Agneti principissæ Achayæ* ut quæcumque monast. cum octo dominabus maturis intrare valeat. (*A.* 16, f. 477 [a]; *V.* 73, ep. 821 A.)

Ut s. T. XII.

15194. — *Eid.* indult. habendi alt. portat. (*A.* 16, f. 477 [b]; *V.* 73, ep. 821 B.)

Ut s. T. XII.

15195. — *Eid.* indult. eligendi confessorem. (*A.* 16, f. 477 [b]; *V.* 73, ep. 821 C.)

Ut s. T. XX.

15196. — *Eid.* indult. faciendi celebrari in locis interdicto suppositis. (*A.* 16, f. 477 [b]; *V.* 73, ep. 821 D.)

Ut s. T. XX.

15197. — *Eid.* indulget. ut confessor suus semel in mortis articulo omnium peccatorum suorum remissionem concedere valeat. (*A.* 16, f. 477 [b]; *V.* 73, ep. 821 E.)

Ut s. T. XX.

15198. — *Eid.* indulget. ut confessor suus ab observantia jejuniorum et votorum Jerosolimitani et b. Jacobi dispensare valeat. (*A.* 16, f. 478 [a]; *V.* 73, ep. 821 F.)

Ut s.[1] T. XI 1/2, XIII 1/2.

15199. — *Nicolao de Moncresio, de Macera*, can. eccl. Anglonen., conc. gratia exspectativa præb. in ead. eccl. — I. e. m. Theatin. et Valven. ep.is, ac abb. monast. s. Severini Neapolitan. (*A.* 17, f. 110 [a]; *V.* 73, ep. 1146.)

Ut s. T. XII, XIV.

15200. — *Eid.*, can. Acherontin., conc. gratia exspectativa præb. in ead. eccl. — I. e. m. ut s. (*A.* 17, f. 110 [b]; *V.* 73, ep. 1147.)

Ut s. T. XI, XIII.

15201. — *Eidem* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., (30 unc. auri), in civit. vel di. Acherontin., pertin. ad collat. ep.i Acherontin. — I. e. m. ut s. (*A.* 17, f. 201 [a]; *V.* 73, ep. 1149.)

Ut s. T. XI, XIII.

15202. — *Bartholomæo de Randusio de Bojano*, can. Beneventan., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., in civit. vel di. Beneventan., (30 unc. auri), pertin. ad collat. archiep.i Beneventan. — I. e. m. ep.o Valven., et Bojanen., ac de Frisilono, Treveren. di., eccl. archipr.is. (*A.* 17, f. 201 [b]; *V.* 73, ep. 1150.)

Ut s. T. XI, XIII.

15203. — *Eid.* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Beneventan. — I. e. m. ut s. (*A.* 17, f. 201 [b]; *V.* 73, ep. 1151.)

Ut s.

15204. — *Bertrando de Auriaco* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Mimaten.; non obst. in eccl. de Monteregali canon. et præb., ac S. M. de Villardonello c. c., s. Petri de Rabentino s. c. et s. Trinitatis de Listello s. c. eccl., Carcassonen. et Cavallicen. di., (omnibus 150 l. t.) — I. e. m. archipr. et sacristæ Carcassonen., ac Arnaldo Scarboti, Papæ cap., can. Meten. eccl. (*A.* 17, f. 132 [a]; *V.* 73, ep. 1293.)

Ut s. T. XI, XIII.

15205. — *Nicolao filio mag. Joannis de Laupatris* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Meten. — I. e. m. archid. Stadien., et cant. Catalaunen., ac Oliverio de Capellis, can. Noviomen. eccl. (*A.* 17, f. 282 [b]; *V.* 73, ep. 1341.)

14 (II id.) *mart. 1322.* T. XI, XIII.

15206. — Collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Majoricen. *Joanni Aguserii*, rectori paroch. eccl. s. Eulaliæ Majoricen. — I. e. m. abb. monast. B. M. de Regali, Majoricen. di., et archid. Elnen., ac Berengario Maynardi, can. Narbonen. eccl. (*A.* 16, f. 310 [b]; *V.* 73, ep. 557.)

1. R. V. = id. mart.

Datum *Avenione.*

14 (II id.) *mart. 1322.* T. XII.

15207. — Testimoniales consecrat. *Jacobo ep.o Osilien.* impensæ a Berengario ep.o Portuen. cum licentia recedendi e curia. (*A.* 16, f. 316^{a}; *V.* 73, ep. 583; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 175, doc. CCLXV.)

Ut s. T. XII.

15208. — Conc. idem *Paulo ep.o Curonien.* (*A.* 16, f. 317^{a}; *V.* 73, ep. 587 A; Theiner, *ut s.*, p. 172, doc. CCLXIII.)

Ut s.

15209. — *Radulpho ep.o Pomeranien.* omnia ut s. (*A.* 16, f. 317^{b}; *V.* 73, ep. 587 B.)

15 (id.) *mart. 1322.* T. XVI.

15210. — *Guillelmo ep.o Sabinen.*, A. S. legato, mand. ut dispenset Alphonsum Michaelis, priorem et can. eccl. Legionen., super irregularitate incursa ex eo quod semel divina officia in dicta eccl. tunc interdicto supposita et deinde in aliis eccl. non interdictis sepius nulla dispens. obtenta celebravit. (*A.* 16, f. 361^{a}; *V.* 73, ep. 549.)

Ut s. T. XI, XIII.

15211. — Collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Laurentii Florentin. *Poræ filio Lippi de Collina.* — I. e. m. mag. Joanni de Verulis, can. basilicæ principis apostolorum de Urbe, PP. not., ac priori s. Stephani ad pontem Florentin., et præp. eccl. Florentin. (*A.* 16, f. 385^{a}; *V.* 73, ep. 576.)

Ut s. T. XXIV.

15212. — *Ep.o Fesulan.* mand. ut absolvat Scarpam, filium Raynaldi Lothoringhi, de Florentia, PP. famil. et priorem sæcul. eccl. s. Stephani ad pontem Florentin. a juramento præstito de observandis ejusd. eccl. statutis, tunc ipsi non ostensis, quibus statuitur quod singuli canonici ejusd. eccl., v dumtaxat numero existentes, idemque prior subcamerariatus nomine bona et redditus eccl. memoratæ vicissim annis singulis administrant, propter quod eid. Scarpæ administr. libera eorumd. bonorum est penitus interdicta eademque bona inutiliter distrahuntur. (*A.* 16, f. 385^{a}; *V.* 73, ep. 577.)

Ut s. T. XVI.

15213. — *Joanni dicto Esselen*, scolari Cameracen., de quond. Joanne duce Brabantiæ conjugato et quadam sorore cujusdam hospitalis professa genito, conc. dispens. super defectu natalium ad omnes ordines et benef. etiam c. c. obtinendum. (*A.* 17, f. 146^{b}; *V.* 73, ep. 915.)

Ut s. T. X.

15214. — *Rainaldo de s. Arthemia, thesaur. eccl. Noviomen., rectori ducatus Spoletan.*, mand. ut fines non excedat litterarum, per quas ipsi cognoscendi de excessibus prælatorum dicti ducatus facul. conc., instante Bartholo ep.o Spoletan. (*A.* 17, f. 166^{b}; *V.* 73, ep. 993.)

Ut s. T. XX.

15215. — *Eid.* mand. ut Bartholo ep.o Spoletan. restituat omnia bona quæ b. me. Petrus ep.us Spoletan. in eccl. Spoletan. invenerat, et alia ad eamd. eccl. spectantia, quæque R. E. nomine arrestari fecerat prætextu litt. apost., v id. febr. a. IV° expeditarum, quibus Pontifex ei commiserat recuperationem quorumdam bonorum ad E. R. spectantium, quorum dictus Petrus ep.us administr. gesserat nec de illis reddiderat rationem. (*A.* 17, f. 166^{b}; *V.* 73, ep. 997.)

Ut s. T. XL.

15216. — *Senen.*, *Perusin. et Fesulan. ep.i* dantur ut judices conservatores Bartholo ep.o Spoletan. (*A.* 16, f. 214^{b}; *V.* 73, ep. 1483.)

16 mart. 1322. (XVII kal. apr.) T. XI, XIII.

15217. — Collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Pauli s. Dionysio, Parisien. di., *Roleto de s. Dionysio.* — I. e. m. ep.o Lucan., et decano Turonen., ac Petro de Claromonte, can. Aurelianen. eccl. (*A.* 16, f. 373^{a}; *V.* 73, ep. 653.)

Ut s. T. XXX.

15218. — Facul. *archiep.o Tarantasien.* concessa recipiendi hac vice resignat. a Percevallo, filio n. v. Anthonii d.ni de Barg, faciendam de canon. et præb. quos in Maguntin. et s. Petri extra muros Maguntin. eccl., necnon de eccl. s. Bernardi extra muros Taurinen. quam obtinet, illosque pers. ipsi benevisis conferendi. (*A.* 16, f. 376^{a}; *V.* 73, ep. 661.)

Datum *Avenione.*

17 mart. 1322. (XVI kal. apr.) T. XVI. **15219.** — *Seginen. et Nonen. ep.is* mittitur pallium assignandum Joanni archiep.o Jadren. per patriarcham Graden., in cujus patriarchatu eccl. Jadren. consistit cuique est immediate subjecta, consecrato. (*A.* 16, f. 469 a; *V.* 73, ep. 786; Theiner, *ut infra*, p. 153, doc. CXCVIII.)

Ut s. T. XX. **15220.** — *Joanni electo Jadren.* scribitur quod per jamdictos ep.os mittitur pallium, rejectis pluribus oppositionibus contra ipsum et ejus electores propositis. (*A.* 16, f. 469 a; V. 73, ep. 797; Theiner, *Monumenta vetera Slavorum meridionalium*, t. I, p. 152, doc. CXCVII.)

19 mart. 1322. (XIV kal. apr.) T. XXIV. **15221.** — *Abb. monast. Carroffen., Pictaven. di., et Guillelmo Heliæ, ac Iterio Maniani, can. Xanctonen.*, mand. ut confirment unionem paroch. eccl. s. Petri de Saucaz, Burdegalen. di., per bo. me. Henricum archiep.um Burdegalen. factam, decanatui eccl. Burdegalen.; non obst. collat. de ead. eccl. facta quibusdam aliis per Clementem PP. V et Arnaldum ep.os Burdegalen., ejusd. Henrici immediatos successores, instante decano Burdegalensi. (*A.* 16, f. 312 a; *V.* 73, ep. 575.)

Ut s. T. XXX. **15222.** — *Ep.o Pistorien. et abb. monast. Vallisumbrosæ* mand. ut, si canonice et de persona idonea celebratam invenerint, confirment electionem Deotallevæ Benvenuti de Moscano, prioris eccl. s. Marci novi Florentin., electi in rectorem hospitalis S. M. ad s. Gallum juxta Florentiam, R. E. nullo medio pertin. et per obit. Lapi vacantis. (*A.* 16, f. 386 a; *V.* 73, ep. 585.)

Ut s. T. XXX, XXXII. **15223.** — Indult. *Dionysio regi Portugaliæ* ut x cler. ipsius obsequiis insistentes fructus omnium benef. suorum absque residentia usque ad quinquennium, a fine quinquennii ipsi jam concessi numerandum, percipere valeant. — I. e. m. abb. de Altobatia, Ulixbonen. di., et s. Vincentii de foris Ulixbonen. ac s. Crucis Columbrien. prioribus, per priores solitorum gub., monasteriorum. (*A.* 16, f. 389 a; *V.* 73, ep. 600.)

Ut s. T. XVI. **15224.** — Dispens. *Joanni Canuo*, rectori paroch. eccl. de Carrazeda, Bracharen. di., ut, non obst. defectu natalium quem patitur, cum sit de soluto genitus et soluta, unum benef. c. c., eccl. prædicta dimissa, retinere valeat. (*A.* 16, f. 389 b; *V.* 73, ep. 601.)

Ut s. T. IIxx. **15225.** — *Raimundus* can. et sacrista monast. Fontiscalidi, Præmonstraten. ord., s. Pontii Thomeriarum di., fit abb. ejusd. monast. vac. per promotionem Arnaldi ad abbatiam monast. S. M. de Capella, dicti ord., Tolosan. di. — I. e. m. priori et conv. dicti monast. Fontiscalidi. (*A.* 16, f. 391 a; *V.* 73, ep. 609.)

Ut s. T. IIxx. **15226.** — *Arnaldus* abb. monast. B. M. Fontiscalidi, Præmonstraten. ord., s. Pontii Thomeriarum di., præficitur in abb. monast. B. M. de Capella dicti ord., Tolosan. di., vac. ap. S. A. per promotionem Jacobi ad abbatiam monast. de Combalonga, dicti ord., Conseranen. di. — I. e. m. priori et conv. dicti monast. B. M. de Capella. (*A.* 16, f. 371 a; *V.* 73, ep. 611.)

Ut s. T. Vxxiv. **15227.** — *Radulphus*, eccl. Curien. præp., fit ep.us Curien. post obit. Siffridi et cessionem Marquardi de Tingenzona electi et ejusd. Radulphi postulati a capitulo. — I. e. m. capit et vassallis eccl. Curien.; clero et populo civit. et di. (*A.* 16, f. 419 b; *V.* 73, ep. 671.)

Ut s. T. VIxxiv. **15228.** — *Joannes*, decanus eccl. Roskilden., confirmatur in ep.um ejusd. eccl., per obit. Olani vac., cum fuisset per compromissum a præp. et capit. concorditer electus. — I. e. m. præp., capit. et vassallis eccl. Roskilden.; clero et populo civit. et di.; archiep.o Lunden.; Christophoro regi Daciæ. (*A.* 17, f. 45 a; *V.* 73, ep. 765.)

Ut s. T. X, XII. **15229.** — *Conrado dicto Hoyn* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. B. M. de Aquisgrani, Leodien. di. — I. e. m. s. Cornelii Juden., et in Rode, Colonien. et Leo-

Datum *Avenione.*

dien. di., monast. abb., ac præp. eccl. Colonien. (*A.* 17, f. 297 a[1] et 304 b; *V.* 73, ep. 1372.)

19 mart. 1322. (XIV kal. apr.) T. X, XII.

15230. — *Berengario de Aurenta* prov. canon. eccl. de Castronovo, s. Papuli di., sub exsp. præb. — I. e. m. ep.o Vasaten., et decano Montisregalis, Carcassonen. di., ac archid. Reden. Narbonen. eccl. (*A.* 17, f. 354 a; *V.* 73, ep. 1511.)

Ut s. T. XI, XIII.

15231. — *Joanni de Gaanyaco* gratia exsp. benef. sæcul., c. c. vel s. c., (100 l. t.), ad abb. et conv. monast. s. Vigoris de Ceraseyo, O. S. B., Bajocen. di., collat. pertin.; non obst. in b. Martini Turonen. quadam vicaria et quodam off., eleemosynaria nuncupato, et in Lexovien. eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. cant. Turonen., et thesaur. Constantien., ac succentori Bajocen. (*A.* 17, f. 356 b; *V.* 73, ep. 1515.)

Ut s. T. XIII, XV.

15232. — *Geraldus de Clauso* transfertur de monast. Bellimontis, O. S. A., Vabren. di., ad monast. s. Saturnini Tolosan., ejusd. ord., eique reservantur prioratus vel off. c. c. vel s. c. consueta can. præfati monast. s. Saturnini assignari, et ad abb. ejusd. monast. disposit. pertinentia. — I. e. m. præp. Avenionen., et Ulmesii ac Veterismoresii Tolosan. archid.is eccl. (*A.* 17, f. 358 a; *V.* 73, ep. 1520.)

20 mart. 1322. (XIII kal. apr.) T. XVI.

15233. — Dispens. super IV° consanguin. gradu in matrim. jam contracto inter *Nerium Raynerii de Huguitionibus et Mannutiam Alamanni de Hugorogeriis,* cives Senenses. (*A.* 16, f. 383 b; *V.* 73, ep. 561.)

23 mart. 1322. (X kal. apr.) T. XII.

15234. — Testimoniales consecrationis impensæ *Mauritio ep.o Dumblanen.* a Berengario ep.o Portuen., cum licentia recedendi e curia. (*A.* 17, f. 44 b; *V.* 73, ep. 763; Theiner, *Monumenta Hibernorum et Scotorum,* p. 217, doc. CCCCXLIII.)

24 mart. 1322. (IX kal. apr.) T. XL.

15235. — *Abb. monast. de Burgo s. Petri Lincolnien. di., ac magg. Jacobo archid. Vintonien., ac Joanni de Abbatisbiri, can. Saresbirien. eccl.,* mand. ut observare faciant concordiam initam inter Alexandrum, archiep.um Dublinen., ex una, et mag. Robertum de Pinchebeck, can. Eboracen., partibus ex altera, super solutione trium millium flor. auri per bo. me. Joannem, dicti Alexandri prædecessorem, mutuo receptorum vigore licentiæ ipsi per Clementem PP. V concessæ, et interim absolvant dictum archiep.um ab excom. sententiis quas hujusmodi debitum solvere renuendo incurrit. (*A.* 16, f. 322 a; *V.* 73, ep. 616; Theiner, *ut s.*, doc. CCCCXLIV.)

26 mart. 1322. (VII kal. apr.) T. III[xx].

15236. — *Benedictus* mon. et sacrista monast. Farfen., O. S. B., Sabinen. di., ad abbatiam monast. s. Angeli de Lamolis ad R. E. nullo medio pertin., ejusd. ord., Castellan. di., vac. per obit. Henrici ac Bruni Ricci in ipsius loco electi, ap. S. A. defuncti. — I. e. m. conv. et univ. vassallis dicti monast. s. Angeli. (*A.* 16, f. 331 b; *V.* 73, ep. 681.)

27 mart. 1322. (VI kal. apr.) T. X, XII.

15237. — Collatio perp. capellaniæ seu vicariæ eccl. B. M. de Subiros Caturcen., per obit. Joannis Cairier apud S. A. prævia speciali reservatione vac., *Deodato de Ruthena,* perp. cap. eccl. de Lodario c. c., et rectori hospitalis de Croya, Caturcen. di. — I. e. m. ep.o Riven., et Vitali Aurioli, Andegaven., ac Bertrando de Cabazaco, Trecen. can. eccl. (*A.* 16, f. 400 a; *V.* 73, ep. 646.)

Ut s. T. XXIV.

15238. — *De Damier, de Fleyraco ac de Clusantia prioribus, Caturcen. di.,* mand. ut Petro de s. Amantio mon. monast. Casædei, O. S. B., Claromonten. di., conferant off. camerariæ monast. de Carennaco, Cluniac. ord., Caturcen. di., per obit. Bertrandi de s. Amantio ex curia romana recedentis et in loco infra duas dietas legales a dicta curia existente defuncti, ap. S. A. præviis Clementis PP. IV et Bonifacii PP. VIII desuper editis reservat. vacantis. (*A.* 17, f. 281 a; *V.* 73, ep. 1169.)

1. In margine legitur : « Attende quod scripta est alibi in isto quaterno sub eodem numero »

Datum *Avenione*.

28 mart. 1322. (v kal. apr.) T. XII.

15239. — Testimoniales consecrationis *Pontio ep.o Ilerden.* per Vitalem ep.um Albanen. impensæ, cum licentia recedendi e curia. (*A*. 16, f. 393^{a}; *V*. 73, ep. 618.)

29 mart. 1322. (iv kal. apr.) T. XX.

15240. — Indult. non residendi ad triennium causa studii *Thomæ de Nogareto*, rectori paroch. eccl. s. Amantii de Valletor, Vauren. di. (*A*. 16, f. 392^{b}; *V*. 73, ep. 615 A.)

Ut s. T. XX.

15241. — Indult. simile *Raimundo de Montealto*, rectori paroch. eccl. de Mairevilla, Mirapiscen. di. (*A*. 16, f. 392^{b}; *V*. 73, ep. 615 B.)

Ut s. T. XX.

15242. — *Decano Avenionen., et sacristæ, ac Ramundo Nauloni, can. Aquen. eccl.*, mand. ut perpetuam capell. de Vinario in eccl. Aquen., per obit. Berengarii de Rognis vac., conferant Jacobo Boneti presb., qui aliam perp. capellaniam per eum in eadem eccl. possessam dimitt. tenetur. (*A*. 19, f. 331^{a}; *V*. 73, ep. 664.)

Ut s. T. X, XII.

15243. — Collatio canon. et præb. eccl. Agennen., vac. ap. S. A. ex speciali reservat. per matrim. ab Amanevo de Pelagrua contractum, *Guillelmo filio Gordoni Fresa panis*, can. præben. eccl. Saresbirien. — I. e. m. ep.o Lemovicen., et priori de Daldefes Agennen., ac officiali Agennen. (*A*. 16, f. 463^{b}; *V*. 73, ep. 748.)

1 (kal.) *apr. 1322.* T. XI, XIII.

15244. — Collat. paroch. eccl. de s. Cosma, Ruthenen. di., per obit. Bernardi de Causaco apud S. A. mediante reservatione vac., consid. Bertrandi S. M. in Aquiro diac. card., *Bertrando de Monasterio* ipsius cler. et famil. ac perp. commensali, qui eccl. de Gaure, Tolosan. di., dimitt. tenetur. — I. e. m. præp. Avinionen., et Bertrando de s. Genesio, decano, ac Armando de Roseto, scolast. Engolismen. eccl. (*A*. 16, f. 250^{b}; *V*. 73, ep. 433.)

Ut s. T. XVIII.

15245. — Dispens. super iv° consanguin. gradu in matrim. contrahendo inter nob. *Franciscum comitem Anguillariæ et Thomasiam filiam quond. Joannis Normanni, mil. Romani.* (A. 16, f. 388^{b}; *V*. 73, ep. 596.)

Ut s. T. XXIV, XXVI.

16311. — *Mag. Oddoni de Sermineto,* can. Xanctonen., cler. cameræ apost., indulget. ut confessor suus possit ei semel in mortis articulo plenam suorum peccatorum remissionem concedere. (*A.* 18, f. 88 [b]; *V.* 74, ep. 11 A.)

Ut s. Gr. pro regestratore.

16312. — *Eid.* conc. licentia testandi. (*A.* 18, f. 89 [a]; *V.* 74, ep. 11 B.)

Ut s.

16313. — *Guillelmo de Arrablayo,* can. Autisiodoren., indult. percipiendi ad triennium fructus benef. suorum absque residentia, causa studii. — I. e. m. priori de s. Reveriano, Nivernen. di., et archid. de Riperia in eccl. Suessionen., ac cant. eccl. Parisien. (*A.* 18, f. 35 [a]; *V.* 74, ep. 18.)

Ut s. T. X, XII.

16314. — *Philippo de Mornayo* collat. canon. et præb. eccl. Dolen., vac. per obit. mag. Eveni Guilloti S. A. cap.; non obst. archidiac. de Riparia in eccl. Suessionen. et aliis benef. non expressis. — I. e. m. abb. monast. s. Genovefæ Parisien., et decano Suessionen., ac cantori Parisiensi. (*A.* 18, f. 50 [b]; *V.* 74, ep. 51.)

26 sept. 1322 (VI kal. oct.)

16315. — *Guillelmo Gausberti,* can. præben. eccl. Lodoven. et priori s. Joannis de Corbessate, Nemausen. di., conferuntur rurales eccl. s. Genesii de Pelhano et s. Joannis de Montellis, invicem annexæ, Biterren. di., et ante obit. Petri de Mesna per PP. disposit. suæ reservatæ. — I. e. m. ep.o Cavallicen., et cantori Agennen., ac Paulo de Claromonte, can. Biterren. eccl. (*A.* 18, f. 71 [b] et 90 [a]; *V.* 74, ep. 14.)

Ut s. T. XI, XIII.

16316. — *Ludovico nato Joannis Malæpresæ* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Senen. — I. e. m. abb. monast. Stirpen., et S. M. in Monte, ac de Champpiano plebium plebanis, Lemovicen. et Lucan. di. (*A.* 18, f. 73 [b]; *V.* 74, ep. 158.)

27 sept. 1322. (V kal. oct.)

16317. — *Arnaldo electo Bononien.* mand. ut provideat pers. idoneam de hospitali s. Jacobi de Planorio, Bononien. di., per obit. ap. S. A. Bartholomæi mon. monast. s. Stephani Bononien. vacante. (*A.* 18, f. 36 [a]; *V.* 74, ep. 23.)

Ut s.

16318. — *Andreæ Porcerii* collat. canon. et præb. eccl. Cenomanen. vac. per obit. mag. Eveni Guilloti, S. A. cap. — I. e. m. ep.o Vasaten., et abb. monast. Majorismonasterii, ac decano eccl. Turonen. (*A.* 18, f. 93 [a]; *V.* 74, ep. 26.)

Ut s. T. XII.

16319. — *Gunsalvo ep.o Ulixbonen.* conc. licentia recedendi de curia. (*A.* 18, f. 37 [b]; *V.* 74, ep. 34.)

Ut s. T. X, XII.

16320. — *Ademaro de Actione* collat. canon. et præb. eccl. s. Symphoriani Remen., vac. per obit. ap. S. A. Guillelmi de Varenna; non obst. paroch. eccl. de Monteregno et quadam perp. capell. in eccl. b. Bartholomæi de Rupella, Xanctonen. di. — I. e. m. s. Remigii et s. Nichasii Remen. monast. abb., ac mag. Arnaldo Regis, can. Melden., Papæ cap. (*A.* 18, f. 91 [b]; *V.* 74, ep. 36.)

Ut s. T. X, XII.

16321. — *Raimundo nato n. v. Gualhardi de Ferrussaco,* consanguineo Arnaldi S. M. in Porticu diac. card. supplic., collat. archidiac. Brageriaci, ac canon. et præb. eccl. Petragoricen., vac. per matrim. Amanevi de Pelagrua. — I. e. m. decano Aurelia-

Datum *Avenione.*

nen., et cant. Petragoricen., ac mag. Ademaro Roberti, can. Constantien. eccl. (*A*. 18, f. 99 [b]; *V*. 74, ep. 69.)

27 sept. 1322. (v kal. oct.) T. XL. — **16322.** — *Strigonien. et Colocen. archiep.i, ac præp. eccl. Alben., Vesprimen. di.*, dantur ut judices conservatores priori provinciali et fratribus s. Pauli eremitæ, alias dictis de s. Cruce de Eremo, O. S. A., per regnum Hungariæ et circumvicinas partes constitutis. (*A*. 17, f. 134 [a]; *V*. 74, ep. 83; Theiner, *Monumenta historica Hungariæ*, p. 481, doc. DCCXXXVI.)

Ut s. T. X, XII. — **16323.** — *Laurentio nato quond. Processi de Urbe* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Lateranen.; non obst. prioratu sæcul. eccl. s. Benedicti de Calcaria, Spoletan. di., canon. et præb. eccl. Lausanen., quos post assecutionem dicti prioratus dimissurus est, et canon. sub exsp. præb. eccl. Lincolnien. — I. e. m. ep.o Terracinen., vicario Papæ in Urbe, archid. Majoricarum in eccl. Legionen., ac Jacobo quond. Mathæi de filiis Ursi, can. basilicæ principis apostolorum de dicta Urbe. (*A*. 18, f. 61 [a]; *V*. 74, ep 126 A.)

Ut s. T. X, XII. — **16324.** — *Angelo nato Cecchi Petri de Thedelgariis* prov. canon. eccl. Senen. sub exsp. præb. — I. e. m. ep.o Ortan., et Jacobo de Sanguineis, Veronen., ac Petro de Pusterola, Reatin. can. eccl. (*A*. 18, f. 61 [b]; *V*. 74, ep. 126 B.)

Ut s. T. XI, XIII. — **16325.** — *Urso nato quond. Francisci comitis Anguillariæ* ead. gratia in eccl. Burgen. — I. e. m. abb. s. Petri de Cadenia, Burgen. di., et priori s. Joannis Burgen., per priorem soliti gub., monast., ac Raynaldo Jacobi de filiis Ursi, archid. Majoricarum in eccl. Legionen. (*A*. 18, f. 112 [a]; *V*. 74, ep. 127 B.)

Ut s. T. X, XII. — **16326.** — *Joanni Lelli Milzoni* prov. canon. eccl. S. M. in Monasterio de Urbe sub exsp. præb.; non obst. rurali eccl. s. Clertiæ, Sabinen. di. — I. e. m. abb. monast. s. Praxedis de Urbe, et Raynaldo de filiis Ursi archid. Majoricarum Legionen., ac Andreæ Paparonis, can. S. M. Majoris de dicta Urbe eccl. (*A*. 18, f. 61 [b]; *V*. 74, ep. 128 B.)

Ut s. T. XVI. — **16327.** — *N. v. Joanni, nato quond. Laurentii Statii, et n. m. Gentiliscæ, natæ quond. Joannis Bobonis de Urbe*, dispens. super quarto gradu consanguin. in matrim. contrahendo. (*A*. 18, f. 68 [a]; *V*. 74, ep. 137.)

Ut s. T. X, XII. — **16328.** — *Paulo filio Henrici Lombardi* conf. canon. eccl. S. M. Rotundæ de Urbe, in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen non habetur distinctio. — I. e. m. cantori eccl. Turonen., et Bertuldo Ursi ac Jacobo Mathæi, can. basilicæ principis apostolorum de Urbe. (*A*. 18, f. 68 [a]; *V*. 74, ep. 138.)

Ut s. Gr. pro nep. card. — **16329.** — *Stephano Gaytani, nato quondam Francisci de filiis Stephani de Urbe*, nep. Jacobi s. Georgii ad Velum aureum diac. card. supplic., prov. canon. eccl. Ambianen., sub exsp. præb., dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c.; non obst. in Legionen. cantoria, quam resignare tenetur, ac in ead., Compostellanen., Elboren., Oveten. et Palentin. canon. et præb., ac in eisd. Legionen. et Oveten. quibusdam præstimoniis et portionibus præstimonialibus, necnon Cameracen. ecclesiis canon. sub exsp. præb. — I. e. m. Atrebaten. et Belnen. Æduen. archid.is, ac mag. Ambrosio de Lamayrola, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 18, f. 75 [b]; *V*. 74, ep. 169.)

Ut s. T. XVI. — **16330.** — *Laurentio filio quond. Processi Capuciæ de Urbe* indulget. ut collat. prioratus sæcul. eccl. s. Benedicti de Calcaria, Spoletan. di., ipsi a Pontifice facta, perinde valeat ac si de canon. sub exsp. præb. eccl. Lincolnien. mentio habita fuisset in litteris desuper confectis. (*A*. 18, f. 177 [a]; *V*. 74, ep. 308.)

Ut s. T. X, XII. — **16331.** — *Joanni Gioyæ* conf. clericatus s. Pantaleonis capellæ ecclesiæ s. Eustachii de Urbe, sub exsp. portionis. — I. e. m. abb. monast. s. Sabæ de Urbe, et ar-

Datum *Avenione.*

chid. de Campinia eccl. Leodien., ac Bertuldo de filiis Ursi, can. basilicæ principis apostolorum de Urbe. (*A.* 18, f. 485 [b]; *V.* 74, ep. 749.)

27 sept. 1322. (v kal. oct.) T. XI, XIII.

16332. — *Joanni de Tykelwardin,* presb. Ereforden. di., gratia exsp. benef. sæcul. c. c. vel s. c., (30 march. sterl.), pertin. ad disposit. abb. et conv. monast. de Salopia, O. S. B., Lichefelden. di. — I. e. m. abb. monast. de Combremere Lichefelden. di., et archid. Nothingam Eboracen., ac mag. Benedicto de Pastone, cap. Papæ, can. Exonien. eccl. (*A.* 18, f. 91 [a]; *V.* 75, ep. 1697.)

28 sept. 1322. (iv kal. oct.) T. LXXX.

16333. — Ratificantur ordinationes clericorum ad præsentationem capit. eccl. Bremen., factæ in absentia Joannis archiep.i Bremen. per Swerinen. et Lubicen. ep.os, ipsius suffraganeos, necnon consecrationes, benedictiones et reconciliationes simili modo peractæ, propter quas lis orta est inter eosd. archiep.um et capitulum. (*A.* 18, f. 556 [b]; *V.* 75, ep. 1024.)

Ut s. T. XL.

16334. — Indult. *Joanni archiep.o Bremen.* ut eccl. et loca suarum civit., di. et provinciæ, quæ juxta concessionem Clementis Papæ V per alium visitavit, ad solvendum procurationes debitas compellere valeat, quæque visitare nequivit, non obst. lapsu temporis visitare possit et similes procurationes recipere. (*A.* 19, f. 70 [a]; *V.* 75, ep. 1030.)

Ut s. T. XII.

16335. — *Ep.o Razeburgen., et decano Verden., ac cant. Lubicen. eccl.* mand. ut publicent sententiam excommunicationis per Joannem, Bremen. archiep.um, latam contra quosdam filios Belial qui eum capere, bonis spoliare, et carceri mancipare præsumpserunt. (*A.* 19, f. 157 [b]; *V.* 75, ep. 1032.)

Ut s. T. XL.

16336. — *Abb. monast. s. Michaelis Lunenborgen., et s. Blasii in Brunswich, Verden. et Hildesemen. di., ac Hildesemen. decanis eccl.* mand. ut assistant executoribus testamenti quond. mag. Joannis de Lutthekenborch, can. eccl. Zwerinen., contra n. v. Henricum, Magnopolen. et Stangardiæ d.num, Razeburgen. di., qui omnes fructus, ad dictum mag. ratione præb. suæ spect., rapi fecit. (*A.* 19, f. 105 [a]; *V.* 75, ep. 1034.)

Ut s. T. L.

16337. — Facultas *Joanni archiep.o Bremen.* concessa compellendi capit. eccl. Hamburgen. ad solutionem subsidii ipsi per Clementem PP. V concessi. (*A.* 19, f. 176 [a]; *V.* 75, ep. 1038.)

Ut s. T. XX.

16338. — *Joanni scolast. eccl. Bremen.* mand. ut conservet dispositioni S. A. fructus et redditus perceptos et percipiendos ex castris Wordæ, Langwedelæ et Orterbergh, ad eccl. Bremen. pertin., quæque ipse Joannes in custodia sua detinet, a die instantis festi s. Michaelis ad finem mensis januarii prox. futuri, salvo eo quod pro ipsorum custodia expendi oporteat. (*A.* 18, f. 556 [b]; *V.* 75, ep. 1039.)

Ut s. T. XXX.

16339. — *Magdeburgen., Hildesemen. et s. Blasii in Brunswich, Hildesemen. di., eccl. decanis,* mand. ut faciant justitiæ complementum ep.o et clero civit. et di. Razeburgen. contra n. v. Henricum, Magnopolen. et Stangardiæ d.num, dictæ di., qui decimas et alios redditus ecclesiast. rapi fecit, et in proprios usus eos convertit. (*A.* 19, f. 69 [a]; *V.* 75, ep. 1040 A.)

Ut s. T XXX pro aliqua.

16340. — *Eisd.* mand. id. pro ep.o et clero civit. et di. Zwerinen. et Lubicen. (*A.* 19, f. 69 [b]; *V.* 75, ep. 1040 B et C.)

Ut s. T. XL.

16341. — *Ep.us Verden., et Magdeburgen. ac Hildesemen. decani eccl.* dantur ut judices conservatores Andreæ Stephani, cellerario eccl. Lubicen. (*A.* 18, f. 308 [b]; *V.* 75, ep. 1762.)

Ut s. T. XL.

16342. — *Iid.* dantur ut judices conservatores Stephano quond. Stephani, can. eccl. Swerinen., ratione benef. quæ in Bremen. et Swerinen. aliisque civit. et di. provinciæ Bremen. obtinet. (*A.* 18, f. 309 [b]; *V.* 75, ep. 1763.)

Datum *Avenione.*

28 sept. 1322. (IV kal. oct.) T. XL.

16343. — *Iidem* dantur ut judices conservatores Joanni de Campo, decano eccl. Hamburgen., Bremen. di. (*A*. 18, f. 309 ^{b}; *V*. 75, ep. 1764.)

Ut s. T. XL.

16344. — *Magdeburgen., et Hildesemen. ac s. Blasii Brunswicen., Hildesemen. di., eccl. decani* dantur ut judices conservatores præp., decano et capit. eccl. Hamburgen., Bremen. di. (*A*. 18, f. 345 ^{a}; *V*. 75, ep. 1778.)

Ut s. T. XL.

16345. — *Iid.* dantur ut judices conservatores præp., decano et capit. eccl. Butzowen., Swerinen. di. (*A*. 18, f. 345 ^{b}; *V*. 75, ep. 1779.)

Ut s. T. XL.

16346. — *Iid.* dantur ut judices conservatores præp., decano et capit. eccl. Swerinen. (*A*. 18, f. 346 ^{a}; *V*. 75, ep. 1780.)

Ut s. T. XL.

16347. — *Iid.* dantur ut judices conservatores præp., decano et capit. eccl. Lubicen. (*A*. 18, f. 346 ^{a}; *V*. 75, ep. 1780.)

Ut s. T. XL.

16348. — *Iid.* dantur ut judices conservatores Marquardo ep.o Raceburgen. (*lege* Ratzeburgen.) (*A*. 18, f. 346 ^{a}; *V*. 75, ep. 1781.)

Ut s. T. XL.

16349. — *Iid.* dantur ut judices conservatores Henrico ep.o Lubicen. (*A*. 18, f. 346 ^{b}; *V*. 75, ep. 1782.)

Ut s. T. XL.

16350. — *Iid.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. in Cysmaria, O. S. B., Lubicen. di. (*A*. 18, f. 346 ^{b}; *V*. 75, ep. 1783.)

Ut s. T. XL.

16351. — *Iid.* dantur ut judices conservatores abbatissæ et conv. monast. s. Joannis Evangelistæ Lubicen., ord. Cisterciensis. (*A*. 18, f. 347 ^{a}; *V*. 75, ep. 1784.)

30 sept. 1322. (II kal. oct.) T. X, XII.

16352. — *Francisco Pellerini* collat. canon. eccl. s. Bernardi de Romanis, Viennen. di., in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen distinctio non habetur; non obst. in Valentin. archidiac., ac in eccl. Dien., in qua certus can. numerus et præb. distinctio non existunt, canon. — I. e. m. priori s. Marcelli Dien., ac Guigoni de s. Germano, archid. Benascen. Ilerden., ac Jacobo Vaguardi, can. Valentin. eccl. (*A*. 18, f. 69 ^{a}; *V*. 74, ep. 140.)

Ut s. T. XI, XIII.

16353. — *Raimundo Ferrarii* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (100 l. t.) in civit. vel di. Valentin., pertin. ad collat. ep.i Valentin.; paroch. vero eccl. de Villabella, Tarragonen. di., dimittat. — I. e. m. sacristæ Majoricen., et præcent. Urgellen., ac Guillelmo de Valleviridi, can. Valentin. eccl. (*A*. 18, f. 503 ^{b}; *V*. 74, ep. 702.)

Ut s. T. XL.

16354. — *Præp. Lubicen., et Magdeburgen. ac Zwerinen. decani eccl.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. Belbucen., ord. Præmonstraten., Caminen. di. (*A*. 18, f. 310 ^{a}; *V*. 75, ep. 1766.)

Ut s. T. XL.

16355. — *Iid.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. Usznanien., ord. Præmonstraten., Caminen. di. (*A*. 18, f. 310 ^{b}; *V*. 75, ep. 1767.)

1 (kal.) *oct. 1322.* Gr. pro pers. card.

16356. — *Simoni s. Priscæ presb. card.* conf. archipresbyteralis eccl. de Garaco c. c., Engolismen. di., vac. per assecutionem decanatus eccl. Andegaven., a Papa Geraldo de Lobestor collati; sequitur dispens. super plural. benef., quæ in præsentibus non recensentur. — I. e. m. abb. monast. Caroffen., Pictaven. di., et Arnaldo Regis, Melden., Papæ cap., ac Monardo de Montecauzio, Engolismen. can. eccl. (*A*. 18, f. 95 ^{a}; *V*. 74, ep. 31.)

Ut s. T. VI^{xxiv}.

16357. — *Fernandus* ep.us Portugalen. fit ep.us Giennen. post translationem Guterrii ad eccl. Ægitanien. — I. e. m. capit., vassallis eccl. Giennen.; clero et populo civit. et di.; archiep.o Toletan.; Alphonso regi Castellæ. (*A*. 18, f. 38 ^{b}; *V*. 74, ep. 48.)

Ut s.

16358. — *Christophoro Danorum Sclavorumque regi* facul. faciendi celebrare priusquam dies illuscescat. (*A*. 18, f. 44 ^{a}; *V*. 74, ep. 59.)

Ut s.

16359. — *Eidem regi ejusque consorti* facul. faciendi celebrari in locis interdicto suppositis. (*A*. 18, f. 44 ^{a}; *V*. 74, ep. 60.)

Datum *Avenione.*

1 (kal.) *oct. 1322.* T. XVI. **16360.** — Ead. facultas conc. *n. v. Erico* filio prædicti regis. (*A.* 18, f. 44 a; *V.* 74, ep. 61.)

Ut s. T. XVI. **16361.** — *Confessori jamdicti Christophori* indulgetur quod fratribus in curia ejusdem regis degentibus carnibus vescendi facultatem concedere possit. (*A.* 18, f. 44 a; *V.* 75, ep. 62; L. Moltesen, *Acta Pontificum Danica*, t. I, p. 43, n. 94.)

Ut s. T. XVI. **16362.** — *Confessori Erici filii regis Danorum* conc. ead. facultas. (*A.* 18, f. 44 b; *V.* 74, ep. 63.)

Ut s. T. XL. **16363.** — *Archiep.o Tolosan.* mand. ut procuret reordinare, reconsecrare et rebenedire sub forma ecclesiæ omnes et singulos suæ civit. seu di., qui ordines et consecrationis seu benedictionis munera receperunt a Bernardo, ord. Erem. S. A., qui superioris sui licentia non obtenta sibi dari ignotum episcopalem titulum procuravit, seque fecit in ep.um Gannen., licet ecclesia Gannen. sit ignota nec de ejus metropoli certitudo aliqua habeatur, consecrari. (*A.* 18, f. 116 a; *V.* 74, ep. 70.)

Ut s. T. X 1/2, XII 1/2. **16364.** — *Vanzolo nato Lambertucii de Carnevalis*, cler. Ravennaten., dispens. super defectu natalium quem patitur, cum sit de conjugato et soluta genitus, et prov. canon. plebis S. M. de Portu majori, Ravennaten. di., sub exsp. præb. — I. e. m. abb. monast. s. Vitalis, et præp. eccl. Ravennaten., ac mag. Jacobo de Mutina, can. Cameracen., Papæ cap. (*A.* 18, f. 101 b; *V.* 74, ep. 79.)

Ut s. T. XVI. **16365.** — *Eid.* dispens. super defectu natalium ad ord. et benef. c. c. vel s. c. (*A.* 18, f. 48 b; *V.* 74, ep. 81.)

Ut s. T. Vxxx. **16366.** — *Radulphus*, electus Curien., fit ep.us eccl. Constantien., in qua post obit. Gerardi duæ fuerant electiones in discordia celebratæ, una scilicet de Conrado, præp., et altera de Henrico de Werdemberg, can. ejusd. ecclesiæ. Sed hujusmodi electionum negotio ap. S. A. per appellationes ipsorum præp. et can. pendente, dictus præp. electioni suæ cessit, dictusque can., post varios processus habitos coram auditoribus, absque apost. licentia de curia discessit. — I. e. m. decano et capit., vassallis eccl. Constantien.; clero et populo civit. et di. Constantien. (*A.* 18, f. 110 a, *V.* 74, ep. 120.)

Ut s. T. XL. **16367.** — *Ep.o Marsionen.* mand. ut electionem Nicolai de Perreta mon. monast. S. M. de Cadossa O. S. B., Caputaquen. di., in abb. ejusd. monast. per promotionem Guillelmi ad abbatiam monast. de Ebulo dicti ord., Salernitan. di., apud S. A. mediante generali reservat. vac., non obst. ead. reservatione confirmet, et eid. Nicolao munus benedictionis impendat. (*A.* 17, f. 227 b; *V.* 74, ep. 155 A.)

Ut s. T. XI, XIII. **16368.** — *Bernardo de Podiodoano* gratia exsp. prioratus, decanatus, administr., vel off. aut benef. (100 l. t.), consueti per mon. monast. de Marcilhaco, O. S. B., Caturcen. di., cujus existit mon., gub. et spectantis ad collat. abb. ac conv. dicti monast. — I. e. m. de Ginniaco, et de Pestilhaco, Caturcen. di., archipr.is, ac Arnaldo de Petrilia, can. Turonen. eccl. (*A.* 18, f. 126 a; *V.* 74, ep. 157.)

Ut s. T. XV. **16369.** — *Mag. Joanni dicto de Constantia, cap. Papæ, Constantien., et Jacobo de Lurtorp, Slewicen. can. eccl., ac officiali Parisien.* mand. ut compellat abbatem et mon. s. Dionysii in Francia, O. S. B., Parisien. di., ad solvendam pensionem annuam 40 lib. parisien., debitam Joanni archiep.o Bremen., pro quadam quantitate pecuniæ quam ab eod. archiep.o, tunc ep.o Lunden., receperant, et totaliter in utilitatem monast. memorati, gravium debitorum oneribus pergravati, converterant. (*A.* 18, f. 74 b; *V.* 74, ep. 162; L. Moltesen, *Acta Pontificum Danica*, t. I, p. 41, n. 91.)

Ut s. T. XL. **16370.** — *Fernandus ep.us Portugalen.* absolvitur ab excom. sententiis forsan incursis in causa contra ipsum, Ulixbonen. tunc decanum, et nonnullos can. eccl. Portugalen. vertente. (*A.* 18, f. 160 a; *V.* 74, ep. 246.)

Datum *Avenione*.

1 (kal.) *oct. 1322.* T. V^{XX}.

16371. — *Radulpho de Curien. ad Constantien. eccl. translato* commendatur ad S. A. beneplacitum ead. eccl. Curien., quo facilius recuperare possit castra et villas ad mensam episcopalem Constantien. spect., et per nonnullos iniquitatis filios detenta. — I. e. m. capit. Curien.; clero et populo civit. et di. Curien.; universis vassallis eccl. Curien. (*A*. 18, f. 160 b; *V*. 74, ep. 250.)

Ut s. T. VII^{XXIV}.

16372. — *Guterius*, ep.us Giennen., transfertur ad episcopatum Ægitanien. vac. per obit. Martini et promotionem Joannis, in ejus locum electi, ad episcopatum Portugalen. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Ægitanien.; clero et populo civit. et di.; archiep.o Compostellanen.; Dionysio regi Portugaliæ. (*A*. 18, f. 227 a; *V*. 74, ep. 326.)

Ut s. T. XI, XIII.

16373. — *Guidoni nato quond. Misotti*, rectori paroch. ss. Fabiani et Sebastiani, et s. Salvatoris de Labrusata, s. Thomæ vulgariter nuncupati, s. c. eccl. Ravennaten., gratia exsp. benef. etiamsi canon. existat in civit. vel di. Ravennaten., pertin. ad disposit. archiep.i Ravennaten. — I. e. m. s. Joannis Evangelistæ et s. Vitalis monast. abb., Ravennaten., ac priori S. M. in Portu, Ravennaten. di. (*A*. 18, f. 293 a; *V*. 74, ep. 456.)

Ut s. T. V^{XXIV}.

16374. — *Conradus, præp. eccl. Constantien.*, præficitur in ep.um eccl. Brixinen. per obit. ap. S. A. Ulrici de Schuzelberch, can. Bambergen., Brixinen. el., vacantis. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Brixinen.; clero et populo civit. et di. (*A*. 18, f. 371 a; *V*. 74, ep. 485.)

Ut s. T. XVI.

16375. — *N. v. Henrico comiti de Nigrocastro*, Maguntin. di., indulget. ut in locis interdicto suppositis possit divina facere celebrari. (*A*. 18, f. 396 b; *V*. 74, ep. 611.)

Ut s. T. XX.

16376. — *N. m. Jutæ, viduæ quond. Clementis marchionis de Dresden.*, indulget. ut habeat altare portatile supra quod in locis interdictis celebrari facere valeat. (*A*. 18, f. 397 a; *V*. 74, ep. 612.)

Ut s. T. XX.

16377. — *Lemovicen. et Ruthenen. ep.is, ac Geraldo Rotgerii, can. Bituricen. eccl.*, mand. ut mag. Hugoni de Engolisma, archid. de Biliomo in eccl. Claromonten., conferant canon. et præb. eccl. Londonien., per obit. Petri de Comite ap. S. A. prævia reservat. vacantes. (*A*. 18, f. 577 a; *V*. 74, ep. 863.)

Ut s. T. XI, XIII.

16378. — Collat. canon. et præb. eccl. s. Petri Insulen., Tornacen. di., per obit. Simeonis Berardi de Urbe, A. S. scriptoris, vac., *Joanni filio n. v. Franconis de Bort*, magistri hostiarii Papæ. — I. e. m. ep.o Ruthenen., et decano Tornacen., ac præp. de Insula, Cavallicen. di., eccl. (*A*. 19, f. 164 b; *V*. 75, ep. 1096.)

Ut s. T. XVI.

16379. — *Bernardo de Tulia*, cler. Caturcen. di., conc. tabellionatus off. (*A*. 18, f. 299 a; *V*. 75, ep. 1720 A.)

2 (VI non.) *oct. 1322.* T. XXX.

16380. — *Everhardo de Wildhusen.*, rectori paroch. eccl. in Generstorpe, Bremen. di., conc. habilitatio ab irregularitate per ipsum incursa ex eo quod canon. et præb. eccl. Bremen., ac archidiac. Rustringiæ in ead. eccl. (10 march. arg.) per aliquod tempus indebite tenuerat. (*A*. 18, f. 221 a; *V*. 74, ep. 349.)

Ut s. T. XII, XIV.

16381. — *Joanni, nato n. v. Ottonis ducis Luneburgen.*, conf. scolastria eccl. Bremen. cujus can. existit, ad pacem inter archiep.um et capit. Bremen. fovendam; præfati capit. eamd. scolastriam, ad collat. dicti archiep.i pertin., eid. Joanni jam contulerant, asserentes ipsam tanto tempore vacavisse ut ejus collatio esset ad se juxta Lateranen. statuta concilii legitime devoluta; non obst. in prædicta et Hildesemen., Verden. ac Minden. eccl. canon. et præb. — I. e. m. præp. Maguntin., et s. Auscharii Bremen., ac Hamburgen., Bremen. di., decanis eccl. (*A*. 18, f. 255 b; *V*. 74, ep. 487.)

Ut s. T. XII 1/2, XIV 1/2.

16382. — *Mag. Borchardo dicto Grellæ*, can. eccl. Bremen., conf. archidiac. Rostringiæ in ead. eccl., jam ipsi a capit. Bremen. collatus, licet archiep.us Everardo de Wildehusen, presb., cap. suo, postmodum contulerit; fructus autem unius anni

Datum *Avenione.*

ejusd. archidiac. cameræ apost. persolvat. — I. e. m. ut s. (*A*. 18, f. 488 [a]; *V*. 74, ep. 644.)

2 (VI non.) *oct. 1322.* T. XX.

16383. — *Ep.o Razeburgen., et decano Verden., ac mag. Nicolao Nicolai*, can. Beneventan. eccl., mand. ut conferant præposituram s. Auscharii Bremen. in eccl. Bremen., propter diutinam vacationem ad collat. S. A. juxta Lateranensis concilii statuta devolutam, Everhardo de Wildeshusen. (*A*. 19, f. 199 [b]; *V*. 75, ep. 1218.)

3 (V non.) *oct. 1322.* T. XIII, XV.

16384. — *Everhardo de Wildeshusen* collat. canon. et præb. eccl. Bremen., vac. per consecrat. Alberti ep.i Patavien.; non obst. quod olim archiep.us Bremen., habens per litt. S. A. facultatem de canon. ejusd. Bremen. et aliarum cathedralium eccl. suæ provinciæ, ac præb. vac. vel vacat. pers. idoneis quæcumque benef. obtinentibus providendi, de eisd. canon. et præb. tunc per obit. Christiani de Bentem vac. dicto Everhardo, tunc paroch. eccl. in Genestorpe, Bremen. di., obtinenti, proviserit, licet postmodum capit., postquam eum receperant, cum dictæ litt. apost. ad obtinentes curata benef. se minime extendebant, ipso de illorum possessione dejecto, eosd. canon. et præb. duobus aliis successive duxerint conferendos; aut quod duo can. ejusd. Bremen. eccl., post promotionem dicti Alberti, Ottonem dictum Clunere ad canon. et præb. hujusmodi elegisse et recepisse dicantur, contra apost. reservat.; seu quod prædictam paroch. eccl., et canon. eccl. s. Servatii Trajecten., Leodien. di., sub exsp. præb. id. Everhardus obtineat. — I. e. m. decano Verden., et cant. Lubicen., ac mag. Jacobo de Mutina, Papæ cap., can. Cameracen. eccl. (*A*. 20, f. 221 [b]; *V*. 74, ep. 350.)

4 (IV non.) *oct. 1322.* T. XI, XIII.

16385. — *Guillelmo Bocheti de Besna* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. B. M. in Vallibus Catalaunen.; non obst. canon. et præb. eccl. s. Nicolai de Sezannia, Trecen. di. — I. e. m. Catalaunen., et mag. Raimundo Sobirani de Monteregali, Carcassonen. di., Papæ cap., decanis, ac ejusd. Catalaunen. præcentori eccl. (*A*. 18, f. 96 [a]; *V*. 74, ep. 35.)

Ut s. T. XVI.

16386. — *Laurentio, in archiep.um Ragusin. electo,* facul. recipiendi consecrat. munus extra curiam. (*A*. 18, f. 98 [b]; *V*. 74, ep. 42; Theiner, *Monumenta vetera Slavorum Meridionalium*, t. I, p. 154, doc. CXCIX.)

Ut s. T. XI, XIII.

16387. — *Raymundo de Auriaco mon. monast. s. Theofredi, O. S. B., Anicien. di.*, gratia exsp. benef. seu prioratus (120 l.t.), consueti per mon. prædicti monast. gub., et ad abb. ac conv. collat. pertin. — I. e. m. decano de Monteregali, Carcassonen. di., et sacristæ, ac Guillelmo de Clivonnis, can. Mimaten. eccl. (*A*. 18, f. 49 [a]; *V*. 74, ep. 85.)

Ut s. T. XL.

16388. — *Archiep.us Turritan., et Massilien. ac Larren. ep.i* dantur ut judices conservatores Guillelmo ep.o s. Justæ. (*A*. 18, f. 319 [b]; *V*. 75, ep. 1772.)

5 (III non.) *oct. 1322.*

16389. — *Adenulpho de Supino* collat. canon., præb. et primiceriatus eccl. Virdunen., vac. per consecrat. Barnabæ ep.i Lunen.; non obst. archidiac. Baren. cum canon. et præb. in eccl. Lingonen., et in Atrebaten., Abrincen., s. Guillelmi de Moretinio, s. Pauli de s. Dionysio et s. Gaugerici Altren. eccl. canon. et præb., ac decima s. Albini de Fonteneto Paganelli, et capella s. Petri de Murolo, Abrincen., Parisien., Cameracen., Bajocen. et Anagnin. di.; archidiac. vero Baren., et canon. ac præb. dictæ eccl. Lingonen. dimittat. — I. e. m. abb. monast. s. Victoni Virdunen., et thesaur. ac cancellario eccl. Virdunen. (*A*. 18, f. 100 [b]; *V*. 74, ep. 67.)

Ut s. T. XI, XIII

16390. — *Petro Pascalis de Ancona* prov. canon. eccl. Anconitan. sub exp. præb.; non obst. in paroch. eccl. s. Antonii Anconitan. quodam altari sub vocabulo b. Mathæi constructo, s. c., ipsi in perp. benef. assignato. — I. e. m. abb. monast. s. Petri de Monteconaro, et priori sæcul. S. M. de Salis, Humanaten. et Bituricen. di., ac archid. Pensaurien. eccl. (*A*. 18, f. 108 [a]; *V*. 74, ep. 113.)

Datum *Avenione.*

5 (III non.) *oct. 1322.* T. XI, XIII.

16391. — *Eid.* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Anconitan., pertin. ad disposit. ep.i Anconitan.; cœtera ut s. (*A*. 18, f. 107 b; *V*. 74, ep. 114.)

6 (II non.) *oct. 1322.*

16392. — *Ladislaus*, præp. eccl. Titulen., Colocen. di., electus in præp. eccl. Alben., ad R. E. nullo medio pertin., Vesprimien. di., post. obit. Joannis, confirmatur. — I. e. m. capit. dictæ eccl. Alben. (*A*. 18, f. 43 b; *V*. 74, ep. 58; Theiner, *Monumenta historica Hungariæ*, p. 482, doc. DCCXXXVII.)

Ut s. T. III[xx].

16393. — *Christophorus* præp. monast. s. Angeli de Valleregia per præp. soliti gub., O. S. B., Valven. di., præficitur in abb. monast. ss. Nicolai et Cataldi Licien., ad R. E. nullo medio pertin., dicti ord., ad quod, cum per obit. Petri vacaret, conv. Galterum de Fournis, mon. monast. Caven., dicti ord., Salernitan. di., elegerant, quamvis in dextera manu deformitatis defectum notabiliter pateretur; qui tamen, cum ad S. A. pro suæ electionis negotio moraretur, de ea sine Papæ licentia recessit, propter quod ab omni jure sibi competenti cecidit. — I. e. m. conv. et vassallis dicti monast. (*A*. 18, f. 58 b; *V*. 74, ep. 112.)

Ut s. T. XXVI.

16394. — *Rodulpho, electo Constantien.*, in subdiaconatus ord. constituto, indult. recipiendi diaconatus et presbyteratus ord., ac consecrat. munus a quocumque maluerit antistite. (*A*. 18, f. 111 a; *V*. 74, ep. 121 A.)

Ut s. Gr. pro Deo.

16395. — *Guillelmus*, ep.us Smirnen., transfertur ad archiepiscopatum Soltanien. inter barbaras nationes consistentem et vac. per cessionem Franci de Perusio. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Soltanien.; populo civit. et di. (*A*. 18, f. 280 b; *V*. 74, ep. 402.)

7 (non.) *oct. 1322*

16396. — *Stephano Benedicti*, cler. Ruthenen. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (80 l. t.), pertin. ad collat. archiep.i Narbonen. in civit. vel di. Narbonen.; non obst. gratia exsp. benef. ad collat. prioris prioratus s. Amantii Ruthenen., O. S. B., ex qua nullum commodum assecutus est. — I. e. m. Lemovicen. et Ruthenen. ep.is, ac archid. de Biliomo in eccl. Claromonten. (*A*. 18, f. 47 a; *V*. 74, ep. 76.)

Ut s. T. LXXX.

* **16397.** — *Abb. et conv. monast. s. Andreæ, O. S. B., Avinionen. di.* Confirmatur permutatio habita inter dictos abb. et conv. ac Arnaldum s. Eustachii diac. card., scilicet de 34 sol. et 11 den. parvorum turonensium censualibus ac quadam terra libera recipiente in semine 6 eminas bladi, ad dictum monast. pertin., quosque possidebant apud Villamnovam, ejusd. di., in loco ubi dictus card. hospitia ædificari facit, concessis eid. card. causa permutationis pro 7 libris turonen. censualibus cum directo dominio quas id. card. habebat in territorio civit. Avenionen. super quibusdam terris emphyteotecariis. Sequitur instrum. dictæ permutat. actum anno 1322, die IV[a] mensis octobris. (*A*. 18, f. 123 b-125 b; *V*. 74, ep. 154.)

8 (VIII id.) *oct. 1322.* Gr. pro pers. card.

16398. — *Arnaldo s. Eustachii diac. card.* conf., motu proprio, prioratus de Lentis, Caturcen. di., s. c., vac. per obit. ap. S. A. Amalvini de Sivris; non obst. aliis benef. non expressis. — I. e. m. archiep.o Arelaten, Lemovicen. et Forojulien. ep.is. (*A*. 18, f. 97 a; *V*. 74, ep. 38.)

Ut s. T. X, XII.

16399. — *Hugoni Rogerii* collat. canon. et præb. eccl. Caturcen., vac. per consecrat. Petri ep.i Ruthenen. — I. e. m. archiep.o Arelaten., et ep.o Forojulien., ac abb. monast. s. Martini Lemovicen. (*A*. 18, f. 117 b; *V*. 74, ep. 71.)

Ut s. — Gr.

16400. — *Mag. Geraldo de Campimulo* conc. canon., præb. et archidiac. eccl. Caturcensis cum ecclesiis dependentibus, quæ vacant per mortem Amalvini de Sivris, ap. S. A. defuncti. — I. e. m. archiep.o Arelaten., et Forojulien., ac Lodoven. ep.is. (*A*. 18, f. 65 b; *V*. 74, ep. 133.)

Ut s. T. X, XII.

16401. — *Arnaldo Mancipi*, famil. Arnaldi s. Eustachii diac. card. supplic., collat. canon. et præb. eccl. Rothomagen., quæ vacant per assecutionem a mag. Petro Ar-

Datum *Avenione*.

querii factam de canon. et præb. in ead. eccl., per consecrat. Rogeri ep.i Aurelianen. etiam vacantibus. — I. e. m. ep.o Vasaten., et abb. monast. s. Catherinæ prope Rothomagum, ac Joanni de Arpadella, can. Parisien. eccl. (*A*. 18, f. 68[b]; *V*. 74, ep. 139.)

8 (VIII id.) *oct. 1322.* T. XII, XIV.

16402. — *Benedicto Joannis*, can. Vasaten., indulget. ut usque ad quinquennium causa studii fructus benef. suorum integre percipiat in absentia. — I. e. m. Caturcen. et Melden. ep.is, ac Raimundo Benerii, can. Claromonten. eccl. (*A*. 18, f. 278[b]; *V*. 74, ep. 390.)

Ut s. T. VI[c]

* **16403**. — Confirmatio instrumentorum rogatorum in sequelam concordiæ initæ inter *Joannem, archiep.um Bremen., et Joannem, scolasticum eccl. Bremen.*, super restitutione quorumdam castrorum ad eccl. Bremen. spectantium, cum insertione dictorum instrumentorum. (*A*. 19, f. 151[b]-156[b]; *V*. 75, ep. 1028.)

Ut s. T. CC.

* **16404**. — Confirmatio concordiæ initæ inter dictos archiep.um et scolast. super restitutione castrorum Vordæ, Langwedele et Octerbergh, Bremen. di. — (Actum Avinione in hospitio Petri card. vicecancellarii anno 1322, indictione V[a], die lunæ IV[a] mensis oct., pontificatus Joannis Papæ XXII anno VII[o].) (*A*. 19, f. 66-68[b]; *V*. 75, ep. 1036.)

9 (VII id.) *oct. 1322.* T. X, XII.

16405. — *Benevenuto Nascimbenis* conf. archipresb. plebis de Cento, Bononien. di., vac. per obit. ap. S. A. Joannis de Manchasola. — I. e. m. abb. monast. s. Felicis Bononien.; et præp. Maruntin., ac Cœlestino de Berous, can. Regin. eccl. (*A*. 18, f. 99[a]; *V*. 74, ep. 45.)

Ut s.

16406. — *Babtistino quond. Jacobi de Lapradella* conc. canon. eccl. Nigroponten. sub exp. præb.; non obst. in s. Joannis Evangelistæ de Occano et s. Stephani de Barbiano eccl., Fanen. et Imolen. di., canon. et præb. — I. e. m. abb. monast. s. Felicis, et priori S. M. Majoris Bononien., ac Jacobo de Mutina, can. Cameracen. eccl. (*A*. 18, f. 42[a]; *V*. 74, ep. 55.)

Ut s. T. X 1/2, XII 1/2.

16407. — *Joanni Spatario* conf., consid. Roberti Siciliæ regis, archipresb., c. c., eccl. Gaietan., vac. per consecrat. Francisci ep.i Gaietan., cum annexis et dependentibus ab eod., ac omnibus juribus et pertinentiis suis, (15 unc. auri); prioratum vero sæcul. eccl. s. Viti Gaietan dimittat. — I. e. m. priori s. Joannis et Pauli Gaietan., ac magg. Mathæo Filmarino, utriusque juris professori, Neapolitan., ac Petro de Pontecurvo, Papæ script., Aquinaten. eccl. can. (*A*. 18, f. 44[b]; *V*. 74, ep. 64.)

Ut s. T. X, XII.

16408. — *Eid.* conf., consid. ut s., eccl. s. Poti de Spelunca, Gaietan. di., (3 unc. auri), ut s. vac. — I. e. m. ut s. (*A*. 18, f. 45[a]; *V*. 74, ep. 65.)

Ut s. Gr. pro nep. card.

16409. — *Stephano Gaytani*, cant. eccl. Legionen., Papæ cap., nep. Jacobi s. Georgii ad velum aureum diac. card. supplic., indulget. ut usque ad quinquennium jura civilia audire, legere ac docere valeat. (*A*. 18, f. 118[b]; *V*. 74, ep. 73.)

Ut s. T. XXIV.

16410. — *Amelio abb. monast. s. Saturnini Tolosan.*, Marchiæ Anconitan. rectori, mand. ut Lucæ Contis de Perusio, mon. monast. S. M. Farfen., O. S. B., Sabinen. di., subdiacono, conferat præposituram s. Petri de Canonica prope Cornetum, dicti ord., Viterbien. di., per dicti monast. mon. solitam gub. et vac. per assecutionem infirmariæ monast. de s. Ægidio, dicti ord., Nemausen. di., Pontio olim dicti Farfen., nunc ipsius de s. Ægidio monast. mon., a Papa collatæ; sequitur dispens. super defectu ætatis (20 an.) (*A*. 18, f. 47[b]; *V*. 74, ep. 84.)

Ut s. Gr. pro nep. card.

16411. — *Anibaldo de Ceccano archid. Atrebaten.*, theologiæ mag., Papæ cap., nep. Jacobi s. Georgii ad Velum aureum diac. card. supplic., indulget. ut insistendo litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, etiam in eccl. Parisien. in qua canon. obtinet et præb., vel ap. S. A. residendo, fructus canon. et præb., quos in Atre-

Datum *Avenione.*

baten., Remen., Bracharen. et Visen. eccl. obtinet, usque ad quadriennium integre percipiat. — I. e. m. Parisien. et Legionen. cant., ac Berardo de Reate, can. Xanctonen. eccl. (*A.* 18, f. 122 [a]; *V.* 74, ep. 148.)

9 (vii id.) *oct. 1322.*
Gr. pro nep. card.

16412. — *Nicholao de Ceccano, archid. de Ripasillis in eccl. Astoricen.,* Papæ cap., nep. supradicti card., indulget. ut insistendo litterarum studio in loco ubi illud vigeat generale, vel apud S. A. residendo, fructus archidiac. prædicti, et canon. ac præb. quos in Astoricen., Belvacen., Atrebaten., Meten. et Conchen. eccl. obtinet, usque ad triennium integre percipiat. — I. e. m. abb. monast. s. Genovefæ Parisien., et scolast. Legionen., ac mag. Ambrosio de Laymarola, can. Mediolanen. eccl. (*A.* 18, f. 122 [b]; *V.* 74, ep. 149 A.)

Ut s.
T. XIII, XIII.

16413. — *Thomæ de Wiltone,* sacræ paginæ doctori, indult. percipiendi fructus cancellariæ Londonien., et ejusd. ac Wellen. eccl. canon. et præb., a nonis oct. 1321 usque ad festum Omnium Sanctorum et ab eodem festo usque ad unum annum, insistendo litterarum studio ubi illud vigeat generale, consid. Jacobi s. Georgii ad Velum aurum diac. card. cujus est capellanus. — I. e. m. abb. monast. de s. Albana, Londonien. di., archid. Atrebaten., ac Joanni de Grandissono, can. Lincolnien. eccl. (*A.* 18, f. 75 [a]; *V.* 74, ep. 161.)

Ut s.
T. XVI.

16414. — *Mag. Petro de Reate,* archid. Belnen. in eccl. Æduen., cap. Jacobi s. Georgii ad Velum aureum diac. card., supplic., licentia testandi. (*A.* 18, f. 128 [a]; *V.* 74, ep. 163.)

Ut s.
T. XX.

16415. — Indulg. C dierum ad quinquennium manus porrigentibus adjutrices ad consummationem fabricæ eccl. Autissiodoren. (*A.* 18, f. 128 [b]; *V.* 74, ep. 164.)

Ut s.
Gr. pro nep. card.

16416. — *Stephano Gaytani, cant. Legionen., Papæ cap.,* indult. percipiendi usque ad triennium fructus cantoriæ Legionen., necnon canon. et præb. quos in ead., Compostellanen., Oveten., Elboren. et Palentin. eccl. obtinet. — I. e. m. Atrebaten. et Modien. Conchen. archid.is, ac Amatori de Perleonibus, can. Leodien. eccl. (*A.* 18, f. 76 [a]; *V.* 74, ep. 170.)

Ut s.
T. XVIII.

16417. — Indulg. C dierum ad biennium manus porrigentibus adjutrices ad consummationem domus de Sorbona, Parisien. di., in qua locus ubi copiosa multitudo librorum diversarum facultatum et capella decens ad audiendum divina non existunt; supplicante mag. Anibaldo de Ceccano, Papæ cap., provisore magistrorum et scolarium prædictæ domus. (*A.* 18, f. 120 [a]; *V.* 74, ep. 172.)

Ut s.
T. XX.

16418. — *Priori Quatuor Coronatorum de Urbe, et decano Ambianen., ac cant. Turonen. eccl.* mand. ut Riccardo de Anibaldis de Urbe, cap. Napoleonis s. Adriani diac. card., supplic., conferant canon. et præb. eccl. s. Firmini Ambianen., ante obit. Petri de Comite per P. P. disposit. suæ reservatos ; non obst. quod in Lateranen., Lincolnien., Cameracen., Tornacen., Ambianen. et Remen. eccl. canon. obtineat et præb., et in ead. Remen. eccl. auct. apost. dign. expectet. (*A.* 18, f. 132 [b]; *V.* 74, ep. 173.)

Ut s.
T. XX.

16419. — *Priori sæcul. s. Joannis de Vallemontone, Signin. di., et cant. Turonen., ac Petro de Collemedio scolast. Cameracen. eccl.* mand. ut Paulo de Comite, consobrino et cap. supradicti card., conferant canon. et præb. eccl. de s. Audomaro, Morinen. di., ut s. vac. ; non obst. quod in basilica principis apostolorum de Urbe, in Remen., Carnoten., Senonen., Ambianen., Bajocen. canon. et præb., ac in Lichefelden. eccl. canon. et præb. (quam post mortem dicti Petri acceptavit), præposituram eccl. Nivellen. s. c., ruralem eccl. s. Zodici, eccl. s. Salvatoris Theanen. curatam, et quædam alia minuta benef. s. c., in civit., di. et provincia Capuan., quæ benef. cum dicta curata eccl. 30 unc. auri valorem annuum non excedunt, obtineat. (*A.* 18, f. 133 [a]; *V.* 74, ep. 174.)

Datum *Avenione.*

9 (VII id.) *oct. 1322.* T. XX. **16420.** — *Priori et cantori prædictis, ac Petro de Sculeula, can. Aurelianen. eccl.*, mand. ut Joanni Gratiolo de Vallemontone conferant, consid. præfati card., canon. et præb. eccl. Senonen., ut s. vac.; non obst. quod id. Joannes beneficiatus chori basilicæ principis apostolorum de Urbe existat, et in eccl. S. M. de Vallemontone, Signin. di., clericatum cum tenui benef. perp., de quibus in absentia, ut asserit, nil percipit, obtineat, et de eccl. s. Angeli de Camitiis, Verulan. di., litiget. (*A.* 18, f. 134 b; *V.* 74, ep. 175.)

Ut s. T. XX. **16421.** — *Judicibus executoribus supradictis* mand. ut Petro nato Mironis Gratiosi de Vallemontone, cler. Signin. di., conferant, consid. ut s., canon. et præb. eccl. s. Petri Arien., Morinen. di., eodem modo vacantes. (*A.* 18, f. 134 b; *V.* 74, ep. 176.)

Ut s. T. X, XII. **16422.** — *Petro Aldoart* conf. paroch. eccl. s. Aviti de Bellomonteto, Caturcen. di., per obit. Guillelmi de Las ap. S. A. prævia reservat. vacans. — I. e. m. Lemovicen. et Lodoven. ep.is, ac archid. de Montepensato in eccl. Caturcen. (*A.* 18, f. 205 a; *V.* 74, ep. 274.)

Ut s. T. XI, XIII. **16423.** — *Petro Geraldi*, cler. Elisabeth reginæ Portugaliæ supplic., Ulixbonen. di., gratia exsp. benef., c. c. vel s. c., ad ep.i et capit. Elboren. collat. pertin.; non obst. quod in eccl. S. M. de Altacena de Castro Sanctaranen. quamdam perp. portionem seu canon., et quasdam decimas, præstimonium de Valledepinta vulgariter nuncupatum, dictæ di., obtineat. — I. e. m. mag. Gotio de Arimino, Colimbrien., Papæ cap., et Francisco Dominici ac Antonio Martini, Ulixbonen. can. eccl. (*A.* 18, f. 244 a; *V.* 74, ep. 410.)

10 (VI id.) *oct. 1322.* **16424.** — *Nantimbene Francisci de Manfredis, de Faentia*, dispens. super defectu natalium, cum sit de conjugato et conjugata genitus, ut ad omnes dign., administr. et officia possit in ordine eremitarum S. A. assumi. (*A.* 18, f. 41 b; *V.* 74, ep. 57.)

Ut s. T. V[c]. * **16425.** — *Bertrando vicecomiti Leomaniæ et Altivillaris* conc. quittantia finalis 300.000 flor. auri in pecunia numerata ipsi a Clemente Papa V assignatorum pro subsidio terræ sanctæ. Inseruntur quædam instrumenta ex quibus habetur legalis æstimatio diversarum monetarum illius temporis. (*A.* 18, f. 143 a — 146 a; *V.* 74, ep. 180.)

12 (IV id.) *oct. 1322* T. XII. **16426.** — *Ingeranno ep.o Morinen.* indult. reconciliandi per alium usque ad triennium eccl. et cimiteria violata suarum civit. et di. (*A.* 18, f. 98 b; *V.* 74, ep. 43.)

Ut s. **16427.** — *Bernardo Amorosi* collat. canon. eccl. Mirapiscen. sub exsp. præb.; non obst. paroch. eccl. de Mossalinchis, Carcassonen. di. — I. e. m. sacristæ Carcassonen., et Arnaldo Scarboti, Meten., Papæ cap., ac Bernardo Andreæ, Narbonen. can. eccl. (*A.* 18, f. 45 b; *V.* 74, ep. 66.)

Ut s. T. X, XII. **16428.** — *Theodorico Jacobi de Lapradella* conc. canonicatus Atheniensis eccl. sub exsp. præb. — I. e. m. ut s., n. 16406. (*A.* 18, f. 43 a; *V.* 74, ep. 56.)

Ut s. T. XL. **16429.** — *Arnaldo s. Eustachii diac. card.* mand. ut permittat Symonem ss. Priscæ presb. card. decimas de Virisio, de Regniaco, de Cheu, de Montana super Chasam Lugdunen. di., pertin. ad mensam abb. monast. s. Eugendi, O. S. B., Lugdunen. di., ac decimas parochiarum de Saligiis, de Rossilione, de Chavas, de Cheu et de Limonnis, Viennensis di., mutare pro archidiaconatu et canon. eccl. Cameracen. pertin. ad Theobaldum de Vastailliaco; non obst. quod benef. quæ dictus card. obtinet nullatenus in præsentibus exprimantur, aut quod dictus Theobaldus archidiac. et canon. in eccl. Lugdunen., et domum de Turnis, Lugdunen. di., spect. ad mensam abb. Insulæ barbaræ, ejusd. di., unacum quibusdam aliis benef. et pensionibus obtineat. (*A.* 18, f. 50 a; *V.* 74, ep. 88.)

Ut s. T. XX. **16430.** — *Magg. Nichasio Blondelli et Andreæ Porcherii, can. Andegaven.*, mand. ut latori præsentium assignari faciant quasdam litt. Bonifacii Papæ VIII (datas Ana-

Datum *Avenione.*

gniæ II id. aug. a° V°), super prov. canon. eccl. Andegaven. sub exsp. præb. mag. Hugoni de Frenaya facta; quæ quidem litteræ penes mag. Radulphum Herberti, cler. Abrincen. di., Andegavis commorantem, remansisse dicuntur, et Pontifici certis ex causis sunt opportunæ. (*A.* 18, f. 111 [b]; *V.* 74, ep. 127 A.)

13 (III id.) *oct. 1322.* T. XX.

16431. — *Adenulpho de Supino* Papa contulerat (vide supra, n. 16389) canon., præb. et primiceriatum eccl. Virdunen., vac. per consecrat. Barnabæ ep.i Lunen., dummodo canon., præb. et archidiac. Baren. in eccl. Lingonen. dimitteret; cum autem a longis temporibus can. præben. fuerit ejusd. eccl. Lingonen., dictæ Virdunen. eccl. vicinæ, et propter jura primiceriatus prædicti servanda frequenter ipsum oportuerit in vicinis partibus commorari, Papa decernit dictos canon. et præb. eccl. Lingonen. per assecutionem canon., præb. et primiceriatus eccl. Virdunen. præfatæ non vacare, sed archidiac. Baren., et canon. ac præb. eccl. s. Gaugerici Altren., Cameracen. di., dimittendos esse. (*A.* 18, f. 48 [a]; *V.* 74, ep. 77.)

Ut s. T. XL.

16432. — *Arnaldo s. Eustachii diac. card.* mand. ut recipiat resignationem a Symone s. Priscæ presb. cardinali de prioratu de Salegiis, O. S. B., Viennensis di., subjecto monast. s. Eugendi Juren., ord. prædicti, Lugdunen. di., et ab abb. ejusd. monast. de decimis de Virisio, de Regniaco, de Cheu, de Montana supra Chasal, ad mensam suam spectantibus, ejusd. Lugdunen. di., necnon de quibusdam aliis decimis parochiarum de Salegiis, de Rossilione, de Chavas, Dantan et de Limonnis, Viennen., di., spectantibus ad prioratum prædictum; qua resignatione recepta, dictum prioratum mensæ dicti abb. ad vitam ipsius uniat, et decimas præfatas prædicto card. conferant. (*A.* 18, f. 49 [b]; *V.* 74, ep. 87.)

Ut s. T. XL.

16433. — *Ratisponen., Eysteten. et Nuembergen. decani eccl.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. de Vallesassen., Cistercien. ord., Ratisponen. di. (*A.* 18, f. 116 [a]; *V.* 74, ep. 94 A.)

Ut s. T. XL.

16434. — *Misnen., Nuembergen. et Wissegraden., Pragen. di., decani eccl.* dantur ut judices conservatores abb. et conv. monast. de Ozzek, Cistercien. ord., Pragen. di. (*A.* 18, f. 117 [a]; *V.* 74, ep. 94 B.)

Ut s. T. C.

16435. — *Ep.o Elnen.* conc. facul. recipiendi a Philippo de Majoricis, abb. sæcul. eccl. s. Pauli Narbonen., resignat. capell. sive præstimoniorum de Begudano, de Villaricho, de s. Astiselo, de Rupiano, de Oltramort, de Villaomala, de Toraye, de Orlerdula, de Corroviosa de s. Petro, de Rivipullo et de Villalonga, necnon de eccl. rurali s. Columbæ de Cabanis, Elnen., Gerunden., Vicen. et Barchinonen. di., (120 l. t. non excedentium), easdemque capell. et eccl. conferendi hac vice personis per eumd. abb. nominandis. (*A.* 18, f. 158 [b]; *V.* 74, ep. 243.)

Ut s. T. XI, XIII.

16436. — *Arnaldo Squerdi* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Majoricen. — I. e. m. abb. monast. B. M. de Regali, Majoricen. di., et Elnen. ac Urgellen. eccl. præcentoribus. (*A.* 18, f. 159 [b]; *V.* 74, ep. 245.)

Ut s. T. X, XII.

16437. — *Goffrido Fazari* conferuntur paroch. eccl. S. M. de Maclza et s. Nicolai de Campo s. c., Bisinianen. di., vac. per consecrat. Nicolai archiep.i Cusentin., consid. Roberti regis Siciliæ; non obst. in Militen. canon., præb. et decanatu cum quibusdam minutis benef. et in Squillacen. eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. ep.o Militen., et mag. Nicolao de Frattis, litt. apost. correctori, Patracen., ac Leoni de Montecaveoso, Consan. eccl. can. (*A.* 18, f. 220 [a]; *V.* 74, ep. 344.)

Ut s. T. X, XII.

16438. — *Goffredo Fazari* collat. canon., præb. ac decanatus eccl. Cusentin., vac. per consecrat. Nicolai archiep.i Cusentin., consid. Roberti regis Siciliæ; non obst. in Militen. canon., præb. et decanatu, quem dimitt. tenetur, cum quibusdam minutis

Datum *Avenione.*

benef., et in Squilliacen. eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. ut s. (*A.* 18, f. 233 [a]; *V.* 74, ep. 366.)

13 (III id.) *oct. 1322.* T. XIV, XVI.

16439. — *Raimundo Mabronæ, de Rossano,* cler. Sanciæ reginæ Siciliæ supplic., conferuntur duo benef. s. c., Montisregalis vulgariter nuncupata, (20 unc. auri), Rossanen. di., vac. per consecrat. Nicolai archiep.i Cusentin.; non obst. quodam benef. in di. Brundusin., et canon. ac præb. sub exsp. benef. in eccl. Cusentin. — I. e. m. archiep.o s. Severinæ, et Gerontin. ac Geneocastren. ep.is. (*A.* 18, f. 433 [a]; *V.* 74, ep. 597.)

Ut s. T. XX.

16440. — *Archiep.o Salernitan., et Capudaquen., ac Marsicen. et Tricaricen. ep.is, ac Bertuldo electo Neapolitan.* mand. ut moneant detentores instrumentorum, scripturarum, munimentorum et rerum aliarum ad n. v. Thomasium de s. Severino, comitem Marcisci et baroniarum s. Severini et Silenti dominum, spect., ut omnia ipsi restituant, alioquin excommunicatos nuncient. (*A.* 20, f. 388 [a]; *V.* 75, ep. 1616.)

14 (II id.) *oct. 1322.*

16441. — *Raimundo Geraldi* prov. canon. eccl. Vicen. sub exsp. præb., consid. Jacobi regis Aragonum; non obst. benef. c. c. vel s. c., in civit. vel di. Dertusen., ad cujuscumque collat. pertin., per Papam ipsi reservato. — I. e. m. Dertusen., et s. Pauli de Campo, Barchinonen. di., prioribus, ac præcentori eccl. Barchinonen. (*A.* 18, f. 114 [b]; *V.* 74, ep. 121 C.)

Ut s. T. XI, XIII.

16442. — *Petro de Castlarino* prov. canon. eccl. Barchinonen. sub exsp. præb., consid. Jacobi regis Aragonum. — I. e. m. abb. monast. s. Laurentii de Monte, Barchinonen. di., et priori s. Annæ, ac præcentori eccl. Barchinonen. (*A.* 18, f. 67 [b]; *V.* 74, ep. 136.)

Ut s. T. XXX.

16443. — Conc. indulg. unius anni, ad quinquennium, eleemosynas erogantibus pro ampliatione et reædificatione eccl. s. Crucis Barchinonen. civitatis, in qua requiescit corpus beatæ Eulaliæ virginis et martyris, et in quibusdam festivitatibus. (*A.* 18, f. 71 [a]; *V.* 74, ep. 145.)

Ut s. T. XI, XIII.

16444. — *Jacobo de s. Clemente,* cler. Barchinonen. di., gratia exsp. benef. (80 l. t.) c. c. vel s. c., pertin. ad collat. ep.i Barchinonen., in civit. vel di. Barchinonen.; consid. Jacobi regis Aragonum. — I. e. m. priori s. Annæ, et præcentori ac sacristæ majoris eccl. Barchinonen. (*A.* 18, f. 122 [b]; *V.* 74, ep. 149 B.)

Ut s. T. L, LII.

16445. — Supplicante *Jacobo rege Aragonum* indulgetur omnibus infra quinquennium in civit. Ilerden., regni sui, studentibus ut fructus omnium benef. suorum integre percipiant absque residentia. — I. e. m. ep.o Ilerden., et cancellario, ac Bernardo de Plicamanibus, can. eccl. Ilerden. (*A.* 18, f. 135 [b]; *V.* 74, ep. 179.)

Ut s. T. X, XII.

